



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 03509 1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

1, - 357.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Ignoti Philalethis
PHOSPHORUS APOCALYPTICUS,

ſive,

PERIODORUM APOCALYPTICARUM,

exactius
ſupputatarum

RECENSUS.

Editio altera, priore auctior correctiorq;.

Acceſſit Geminum, de Septuaginta Hebdomadibus,
&
De Dario templum ſecundum, ædificari curante, Auctarium.

Hauniæ, Literis Juſtini Hög, Acad. Typ.
Anno 1699.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

APPROBATIO.

Licet eâ ſit modeſtiâ, Clariſſimus & Celeberrimus AUCTOR, ut nomen ſuum ignotum eſſe velit, ignota tamen eſſe neqvit, vaſta illius atqve diffuſa eruditio, qvam feliciter adeò, in his tractatibus prodidit, ut typis publicis eos digniſſimos cenſeam.

Hafn. d: 7. Decembris
Anno 1698.

JOH. BARTHOLIN.
Thom. Fil.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Dedicatio.

VIRIS

Amplisſimis, Excellentisſi-
mis, Nobilisſimis, plurimumq;
Reverendis:

Doct. HENRICO
BORNEMANNO,
Selandiæ Epiſcopo:
adeoq;
Totius regni Daniæ & Nor-
vegiæ Metropolitano:
nec non,
In Regia Academia Hauni-
enſi, Facultatis Theologicæ Decano,
juxta ac Collegii Conſiſtoria-
lis Aſſeſſori:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Doct. PETRO CAS-
PARI,

Sereniſſimæ Regiæ Majeſta-
ti, Daniæ & Norvegiæ,

Sacris a Confeſſioni-
bus:

Doct. JOHANNI
WANDALINO,

Primo, in Regia Academia
Haunienſi, SS. Theologiæ
Profeſſori P. nec non Collegii
Conſiſtorialis Aſſeſ-
ſori;

Doct.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Doct. HECTORI
GOTHOFREDO
MASIO,

In Regia Academia Hauni-
enſi, SS. Theologiæ Profeſſori P. &
Collegii Conſiſtorialis Aſſeſſori:
nec non
Regiæ Majeſtati, Sacris a
Concionibus;

Doct. JOHANNI
BARTHOLINO,

In Regia Academia Hauni-
enſi, SS. Theologiæ Profeſſori Publ.
& Collegii Conſiſtorialis
Aſſeſſori:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Dno. Mag. FRANCIS-
CO TESTRUPIO,
Deſignato Fioniæ Epiſco-
po, Eccleſiæ Haunienſis, qvæ ad tem-
plum S. Spiritus congregatur, Pa-
ſtori primario,
atq;
Ptocotrophii Haunienſis Directori:

Cunctis, patriæ & metropo-
leos Haunienſis, inſignibus
ornamentis,
Fulgentisſimisq; luminibus;
nec non
Suis fautoribus atq; patronis, plu-
rimum venerandis,

Leves & tenues haſce commentationes,

Omnia fauſta & proſpera vovens
comprecansq;

offert
AUCTOR.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Præfatio ad Le-ctorem.

Anno ſalutis 1696, Phoſphorum Apocalypticum, in lucem, Benevole Lector, edidi primum; & cum exempla cuncta, eſſent diſtracta, denuo ſub incudem revocare, nonnullaq; addere tandem libuit: unde nova hæcce, exorta eſt editio. Utraq; in editione, periodos Chriſtianas, in anno æræ Chriſtianæ trigeſimo, ſive miniſterii Chriſti, adeoq;

& eccleſiæ chriſtianæ primo incepi:
& propterea qvatuor annis prius in-
choavi, qvam Matth. Hofmannus.
Idq; ideo, ut periodi ſic paulo exqvi-
ſitius & exactius, cum eventu con-
cordent. Quanqvam enim illud
qvatuor annorum diſcrimen, te-
nue ſit, & ab iis, qvi propheti-
rum mentem & ſententiam utcun-
q; ſcire allaborant, negligi poteſt:
tamen vaticiniorum pleniorem ſen-
ſum, exactioremq; cum eventu con-
venientiam, qværenti ſectantiq; non
eſt poſthabendum, periodorumq;
initia, in ipſorum articulis, qvoad
fieri poteſt locanda.

In periodis antichriſtianis, Clu-
veri & aliorum ſecutus ſum princi-
pia, qvi antichriſtiani regni & Pa-
patus interitum proxime inſtare, &

in

in januis qvaſi adeſſe ſtatuerunt. Ex qvibus principiis illud qvoq;, qvod nonnulli eorundem dubitanter propoſuere, nimirum 1260. dies propheticos, qvibus duo teſtes ſaccati prophetant, & beſtia apocalyptica bellum gerit cum ſanctis, vincitq; eos, eſſe annos Ægyptiacos, & qvidem 360. dierum vulgarium: illud inqvam principium, hic ut verius & tutius aſſumpſi. Quod tamen iidem, dies eosdem mille ducentos ſexaginta, ſive totidem annos, in anno æræ chriſtianæ 452. inceperunt, præterii, eorumq; 1260. annorum vel dierum exordium, ſex annis prius ſumſi, & in anno æræ chriſtianæ circiter 446. collocavi: idq; ideo qvod id tutius &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

verius viſum ſit, aptioremq; vaticiniorum cum eventu concordiam, ſibi habeat faventem. Nam cum aliàs prophetiarum, ad eos annos pertinentium facta, & in iis, interfectorum teſtium dies tres & ſemis, in hiſtoria rerum hactenus geſtarum non reperiantur: contrà aſſumto hocce initio & annis 1260, habitis pro Ægyptiacis, fineq; eorundem annorum 1260. ſic cadente in annum æræ chriſtianæ 1688. in hiſtoria & rebus usq; ad eum annum geſtis, prophetiarum, ad eosdem annos pertinentium eventus, & in iis prædictorum teſtium, tres dies & ſemis, reperiuntur qvoq;: veluti vaticinia cum eventibus conferendo, plus qvam ſemel obſervavi.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Quod autem modò in iisdem periodis antichriſtianis, modò in eorum appendicibus, interdum id dixi: qvod ante me Cluverus, Danhaverus, Matthias Hoeus, Lucas Oſiander, Caſparus Sandenhagius, aliiq; nonnulli orthodoxi, qvorum de eodem loca, recenſus hujuſce numero 104. ſunt allegata nominataq; dixerunt; nempe antichriſtianum papatus & Romanæ eccleſiæ regnum, ante finem mundi eſſe interiturum; illud neutiqvam eò tractum interpretatumq; volo, ac ſi chiliaſmo ulli favere aſtipulariq; deberet. Omnem enim chiliaſmum, & craſſum & ſubtilem, immo & ſubtiliſſimum, qvicqvid alii ſenſerint, abdico, improboq;. Ideoq; non

tantum a Recenſus numero 112. ad finem uſq;, ſtatum in terris, qvem pleriq; chiliaſmo dediti, adhuc fore ſperant, nempe in qvo aut nullum peccatum, aut nulli impii ſive ſimpliciter, ſive potentes florentesq;, aut deniq; nulla calamitas, miſeria & afflictio ſit futura, fruſtra ante judicium extremum exſpectari, late probavi confirmaviq; ſed & numero 42. atq; 92. ipſum regnum millenarium, ſine qvo adhuc futuro, nullus ſubſiſtere chiliaſmus poteſt, jam dudum præteriiſſe, tum apertè ſum profeſſus; tum id ipſum antea in Schediaſmate ultimo Apocalyptico demonſtratum qvoq; eſſe admonui. Et ſi omnis ille, qvi ſtatueret papale & Romanæ eccleſiæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

regnum, ante finem mundi eſſe finiendum, etiam chiliaſmum ſtatueret: utiq; divinus ſpiritus, qvi in multis ſacræ Scripturæ locis, finem illum regni papalis ſtatuit aſſeveratq;, chiliaſmum, qvod tamen eſt omnino falſum, ſtatueret qvoq; & aſſeveraret. Atq; pluſculi qvoq; Theologi orthodoxi, qvorum in ea re veſtigia premo, Matthias Hoeus, Lucas Oſiander, Danhaverus & alii, ut modò dixi, illum ante finem mundi extremumq; judicium, papalis & antichriſtiani regni finem crediderunt, & chiliaſmum tamen nullum fore crediderunt.

Porro ſuper cunctis, qvæ in hoc recenſu, ſive de periodorum ini-

tiis, ſive de nonnullorum ad eos pertinentium vaticiniorum ſenſu ſcripſi, generaliter moneo: me ea qvanqvam nulla in re falſi hactenus prehenſa compertaq;, & maxima qvoq; ex parte, hiſtoriæ cum prophetiis harmoniam exactiorem ſibi ſuffragantem conſentientemq; habentia: æqve tuto tamen amplectenda non ponere: ut ea qvæ ſunt neceſſariò credenda, & a qvibus diſſentire non licet: ſed tantum ut probabilia & veriſimilia habere, qvæq; aliorum doctiorum examinanda qvoq; ſunt judicio: magisq; illis alios, ad accuratius cuncta ſcrutanda excitare, qvam qvenqvam, ut mihi hic certam fidem habeat, obſtringere me voluiſſe: idemq; tandem de meo in hac cau-

ſa ſtudio dicere, qvod in alia qva-
dam lyricus poëta de ſuo: fungar
vice cotis acutum, reddere qvæ fer-
rum valet, exſors ipſa ſecandi.

Ad ultimum, de nova hac Phoſ-
phori hujus editione addo, qvæ in
illa, ipſi phoſphoro, ultra priorem e-
ditionem ſunt adjuncta, pleraq; eſſe
hiſtorica, & ad confirmationem cæ-
terorum, pertinentia; tum & qvæ de
70. hebdomadibus, in priore editi-
one, Phoſphoro, digresſionis more
erant inſerta, ea hic a Phoſphoro ſe-
parata, in Auctario primo, ſive in pe-
culiari, de ſeptuaginta hebdomadi-
bus diſſertatione, eſſe incluſa, ibiq;
reperiri cuncta: deniq; cum in ea-
dem de 70. hebdomadibus diſſerta-
tione numero 48, mentio facta ſit,
alterius eodem pertinentis diſſerta-

tionis, nempe de Perſiæ rege Dario templum ſecundum ædificari curante, viſum eſſe, eandem de Dario illo commentationem, tanqvam alterum opuſculi hujuſce auctarium, hic qvoq; adjicere. Et hæc fuere, qvorum te, benevole lector, commonefaciendum duxi.

Tu autem vale & fave.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Procœmium.

I.

Scopus Apocalypſeos eſt, Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum, fata & præcipuos gravisſimosq; caſus, qvi illi inde a Chriſti & Apoſtolorum temporibus, usq; ad finem mundi contingent, oſtendere atq; prædicere: ut ideo titulus & initium ſcripti ſit: *Apocalypſis JEſu Chriſti, qvam dedit ei dominus, ut oſtendat ſervis ſuis, qvæ brevi oportet fieri.* Atq; eas, qvæ ita brevi oportebat fieri, ad eccleſias Chriſtianas ſpectare, oſtendunt verba Chriſti in clauſula ſcripti, cap. 22. v. 16 *Ego JEſus miſi Angelum meum, ut teſtaretur vobis hæcce de eccleſiis.* Prænunciantur autem talia, in Apocalypſi, non confuse, ſed accurato ordine, adhibitis illuc certis periodis. Qvo pertinet ſeptem epiſtolarum, ſeptem ſigillorum, ſeptem tubiciniorum & ſeptem deniq; phialarum commemoratio, repræſentatioq; qvippe qvæ periodos haſce, ad qvas cuncta in Apocalypſi referuntur, conſtituunt exhibentq;. Atq; eæ periodi ſunt partim tanqvam areolæ, intra qvas notiores prophetiæ apocalypticæ, ordinare digeruntur: partim tanqvam daduchi, lucem & cla-

ritatem , iis qvæ traduntur inferentes, & ad qvo-
tempus pertineant oſtendentes : ut propterea pe-
riodorum notitia , illis admodum utilis ſit, qvi A-
pocalypſeos proprium & ſpecialem cupiunt inda-
gare ſenſum. Qvæ cum ita ſint, atq; ego qvoq;
à nonnullis ideo rogatus ſim, ut easdem periodo-
ſpecialiter percenſeam, eorumq; initia conſignem
viſum eſt mihi, hunc earum , ſine aliorum præju-
dicio, conſcribere recenſum : in qvo harunce peri-
odorum ea ponuntur initia , qvæ qvantum mi-
hi , ſalvo aliorum judicio , hactenus obſervare li-
cuit , exactiora tutioraq; apparent : utq; eo am-
plius, ſenſum ad rectius percipiendum, via panda-
tur, nonnullorum qvoq; in prophetiis difficilio-
rum verborum interpretationes, hinc inde ad-
junguntur.

2. Hiſce ita proœmii loco dictis , ad negotium
& qvod agendum eſt progredimur. Periodi Apo-
calypticæ ſunt certi temporum & annorum cur-
ſus , ad qvos Apocalypticæ prophetiæ revocantur.
Sunt autem periodi illæ, vel Chriſtianæ vel An-
tichriſtianæ.

De Periodis Chriſtianis.

3. Periodi Chriſtianæ ſunt, qvæ totam eccle-
ſiam Chriſtianam , ut ſe habet inde a Chriſti &
Apoſtolorum temporibus, usq; ad finem mundi
in ſeptem dividunt tempora. Earundem periodo-
rum Chriſtianarum, qvælibet, exceptâ ultimâ
cujus qvantitas ignoratur , eſt annorum 294.

qvo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

qvo vide Apocalyptica Schediaſmata & qvidem Schediaſma undecimum ſive penultimum.

§. 4. Illi autem periodorum Chriſtianarum anni, non ſunt, ut Heuniſchius, & nonnulli ipſum ſeqventes ſtatuerunt, trecentorum ſexaginta dierum anni, qvos Ægyptiacos nonnulli appellant: qvod ſi qvis illos ſuomet ſtudio & ingenio, tales ad Ægyptiacos, præter neceſſitatem revocare velit: qvod nullius eſt uſus; ſed Juliani ſunt anni. Ubi qvidem antichriſtianis in periodis, Ægyptiaci tales uſurpantur anni, qvandoqvidem prophetici illi, qvibus tota antichriſtiana ætas conſtat, dies 1260, ſicut [illegible] ſede eſt oſtenſum, non ſunt aliud, qvam totidem Ægyptiaci ſive 360 dierum vulgarium anni. In Chriſtianis tamen periodis, alia ratio eſt, cum ii certis propheticis non definiantur diebus: ſed ex hiſtoria modò, ſive ex prophetiis, eccleſiaſticis Novi Teſt. ad hiſtoriam applicatis, ſint qværendi: cujus eccleſiaſticæ hiſtoriæ anni, pleroſq; apud Scriptores, uti conſtat, ſunt Juliani, non autem prædicti Ægyptiaci.

§. 5. Prima periodus Chriſtiana cœpit, cum Chriſtiana eccleſia incepit. Chriſtiana autem eccleſia, tunc incepit, cum miniſterium Chriſti cœpit: ſiqvidem qvamprimum Chriſtus miniſterium eſt ingreſſus, diſcipulos adeoq; Chriſtianos fecit. De qvo vide, qvæ Schediaſmatis Apocalyptici undecimi numero 5. & ſeqventibus ſunt propoſita. Inchoavit autem miniſterium Chriſtus, æræ vulgaris Chriſtianæ anno trigeſimo, qvi fuit periodi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Julianæ annus 4743. Ideoq; prima periodu
Chriſtiana, eodem qvoq; trigeſimo æræ Chriſti-
anæ anno, cœpta eſt & inchoata. Qvod autem
miniſterium Chriſti, eodem trigeſimo æræ Chri-
ſtianæ inceperit anno, ſic porrò probatur. Com-
muni Theologorum conſenſu, cui ex chronolo-
gis qvoq; *Uſſerius*, & permulti alii, nempe plu-
riq; accuratiores temporum æſtimatores,
addunt ſuffragium, Chriſti miniſterium qvatu-
or tantum, & non plura nec pauciora comple-
xum eſt paſchata. Et *Petavius* de doctrina tem-
porum libri 12. capite 17. *Hodie*, inqvit, *Scalig*
rianorum grege excepto, vix aliqvem invenias, q
non qvatuor paſchata τῇ κηρύξει (Chriſti) *præfini*
Sic ille. Atq; Scaligeriani & alii, qvi qvintum h
invehunt paſcha, conjectura tantum in eo nitu
tur. Ipſeq; *Scaliger* in edito poſt libros de eme
datione temporum, in qvibus qvintum paſc
probabile reddere voluerat, opere Canonum I
gogicorum, libro tertio pagina 309. *Qvatuo*
inqvit, *paſchata duntaxat, expreſſa ſunt in evang*
lio. Relinqvitur unum conjecturis indagandum, ut
nobis factum eſt. Sed qvia neq; demonſtratione, non
hiſtoria nititur, reprehenſioni obnoxium eſt. Sic ill
Conſtat ergo, Chriſti miniſterium, qvatuor ta
tum comprehendere paſchata. Adhæc, qvæ in
a Bedæ usq; temporibus, totius antiqvitatis fu
ſententia, idem Chriſti miniſterium, tres tantu
integros eccleſiaſticos annos & partem qvarti d

rawat

.aivnavit. Præterea Chriſtus in paſchate, uti conſtat
nonortuus eſt; tum &, ſicut numero proxime
ſeqvente eſt probatum, anno æræ Chriſtianæ
igeſimo tertio eſt mortuus: adeoq; in paſchate
anni trigeſimi tertii mortuus eſt. Si autem in
paſchate anni trigeſimi tertii mortuus eſt, mini-
ſteriumq; ejus non niſi qvatuor paſchata, & tres
annos partemq; qvarti, ſicuti modo oſtendimus
eſt complexum, neceſſario ſeqvitur, ipſum inter-
vallo inter paſcha anni 29, & paſcha anni 30
um iniiſſe miniſterium. Nam ſi in paſchate an-
ni 29 aut antea id feciſſet, qvatuor integris ec-
cleſiaſticis annis, aut amplius, ejus miniſterium
duraſſet, & paſchata non qvatuor ſola, ſed qvin-
qve fuiſſet complexum. Et ſi poſt paſcha anni
30 id feciſſet, non qvatuor, ſed tria tantum in
miniſterio paſchata celebraſſet Chriſtus. Qvæ
ſingula ſunt abſurda, & iis qvæ antea hic ſunt
poſita firmataq; evertuntur. *Porro* miniſterium
ſuum Chriſtus iniit cum baptiſabatur: tunc
enim ſolenniter eſt ad illud ordinatus inaugura-
tusq;, Spiritu Sancto viſibiliter ſuper eum de-
ſcendente, & patre cœlitus dicente: hic eſt filius
meus, in qvo mihi complacuit. Baptiſatus au-
tem eſt menſe Januario, & qvidem ſub ejusdem
menſis initium, Id qvod referente *Natali Alexan-
dro*, in Selectis capitibus ad ſæculum 1. diſſer-
tatione 2. pagina 225, *Wilhelmo Langio* de annis
Chriſti libri 2. parte 2, pagina 355. *Toſtato* De-

 fen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſenſorii capite 12 & aliis plurimis, veteres pleri
q; omnes perhibuerunt ſtatueruntq;. Qvar
Chriſtus in Januario qvoq;, miniſterium e
exorſus. In Januario autem anni 29, id no
fecit: ſiqvidem ejus anni Januarius, præceſſit eju
dem anni paſcha, & Chriſtus intervallo inter pa
ſcha anni 29 & paſcha anni 30, uti eſt oſtenſum
miniſterium ſuum eſt ingreſſus. Qvapropt
qvod unicum reſtat, in Januario anni trigeſim
illud idem fecit. Liqvet ergo Chriſtum anno
æræ Chriſtianæ trigeſimo, ſuum incepiſſe mini
ſterium. Et aliqvanto antea, nempe ante ſe
ptem vel octo circiter menſes, ut videtur, ſe
tamen ut eſt Lucæ tertio, in anno decimoqvin
to Tiberii, Chriſti præcurſor Johannes ſua
inchoavit prædicationem. Atq; in decimoqvin
to Tiberii anno, ſuam ita inchoare poterat præd
cationem, etiamſi non ante initium menſis Augu
ſti, in æræ vulgaris anno 29 illud feciſſet. ſiqviden
anni Tiberii, a morte Imperatoris Auguſti, apud
veteres incipiunt: idemq; imperator Auguſtus
æræ Chriſtianæ anno 14, ſive juxta Svetonium
Conſulibus duobus Sextis, decimoqvarto Cale
das Septembris eſt mortuus. Adeoq; decimu
qvintus Tiberii annus, non niſi die 19 Auguſ
in æræ vulgaris anno 29 eſt finitus.

6. Qvod autem æræ Chriſtianæ anno, ut d
ctum eſt, trigeſimo tertio, qvi fuit periodi Julian
annus 4746, Chriſtus mortuus eſt, ſic oſtenditu

Chri

Chriſtus mortuus eſt in paſchate, uti Evangeliſtæ docent: & qvidem in ejus anni paſchate mortuus eſt, qvô accidit illa magna & excellens inter omnes a *Phlegonte* olympiadum ſcriptore, notata ſolis obſcuratio & eclipſis, in qvâ dies horâ ſexta, in tenebroſam ita verſus eſt noctem, ut ſtellæ in cœlo ſint viſæ: ſimulq; magnus terræ conjungebatur motus. Nam ea ſolis obſcuratio, fuit illa ipſa, qvam Evangeliſtæ narrant in morte Chriſti factam: idq; veteres magno conſenſu tradunt. Itaq; *Petavius* de doctrina temporum libro 12. capite 2. *Hanc* (inqvit, ecclipſin) *eſſe illam qvæ ſub Chriſti mortem accidit, omnes antiqvi, velut uno ore pronunciarunt.* Sic ille. Hæc autem ſolis obſcuratio & eclipſis, ut Phlegontis ipſiusmet verba, apud Euſebium in Chronico, tam Latino qvam Græco, nec non Auctorem Chronici Alexandrini aliosq; adducta docent, olympiadis ducenteſimæ ſecundæ anno qvarto facta eſt. Isq; annus olympiadicus, uti communisſima ſolaq; apud Phlegontem, aliosq; ethnicos uſitata, olympiadum ſe habet ſupputatio, in ſolſtitio æſtivo anni de Chriſtiana æra vulgari, trigeſimi ſecundi cepit, & in proxime ſeqventis ſive trigeſimi tertii ſolſtitio æſtivo eſt finitus. Paſcha itaq; olympiadici ejusdem anni, non eſt aliud qvam paſcha anni trigeſimi tertii de æra vulgari Chriſtiana. Qvare cum Chriſtus in paſchate ejus anni, qvo Phlegontea illa ſolis accidit obſcuratio & eclipſis, mor-

mortuus ſit, illudq; paſcha non fuerit aliud, qvam
anni vulgaris Chriſtiani trigeſimi tertii, neceſſario
conſeqvitur, Chriſtum anno æræ Chriſtianæ tri
geſimo tertio, eſſe mortuum. In eumq; annum
conveniunt qvoq; reliqvi, anni emortualis Chri
ſti characteres veri. Fuit enim eorum annorum
aliqvis, in qvo Tiberius Romani imperii erat im
perator, & Pilatus Judææ erat præfectus: velut
ex hiſtoria conſtat. Et cum Chriſtus feria heb
domadis ſexta ſive die Veneris, nec non poſtridie
ejus diei, qvo paſcha & juxta legem Moſis macta
ri debebat, & a Chriſto legem, illam non violan
te, mactari juſſum eſt, mortem obierit: in eo
qvoq; trigeſimo tertio, æræ Chriſtianæ anno
paſcha die 2. Aprilis, qvi erat dies Jovis, juxta le
gem Moſis potuit mactari, ſic ut proxime conſe
qvens dies, fieret dies Veneris. Nam ejus anni
trigeſimi tertii, ſive periodi Julianæ anni 4746
novilunium paſchale, tam verum qvam medium
velut motuum cœleſtium tabulæ Ptolemaicæ Mu
lerii, aliæq; docent, Hieroſolymæ incidit in diem 11
Martii, inter meridiem & finem horæ ſecundæ po
meridiem. Qvare neomenia paſchalis, hoc eſt prim
dies menſis Niſan, ſive ex conjunctione lumina
rium, ſive ex prima lunæ phaſi ſumatur, potuit
eſſe dies 20 Martii. Nam cum neomenia ex con
junctione ſumebatur, cadente in pomeridianum
tempus, ſicuti hic fit, novilunio medio, proxime
ſeqvens dies neomenia figebatur: veluti *Munſt*

rs

attrus in Calendarii Hebraici pagina 46: nec non *Maimonides* in kiddus kakkodes capite 7 referunt. Et cum ex phaſi prima conſtituebatur, ea dies in qvâ ante occaſum ſolis prima phaſis apparebat, ceu ex Miſchna in Roſch haſchana capite 3, nec non ex Maimonidis prædicto libro capite 2 & 3, liqvet, neomenia conſtituebatur. Potuit autem hoc anno die 20 Martii ante ſolis occaſum, eadem prima apparere phaſis, nempe intra elapſas, a ſuperioris diei novilunio vero, horas 24: ſicuti *Petrus Crugerus* in Diatriba paſchali capitis 1. propoſitione qvinta late demonſtravit. Et *Plinius* qvoq; libri 2. cap. 17 refert, qvod ſole in ariete exiſtente, ſicuti Judaici paſchatis eſt tempore, uno qvoqve & eodem die nova & vetus videri poſſit luna. Conſtat ergo, primam diem menſis Niſan, hoc anno, potuiſſe eſſe diem 20 Martii. Et propterea dies decimaqvinta Niſan, ſive poſtridie paſchatis juxta legem mactati, potuit eſſe tertius Aprilis, qvi eo anno trigeſimo tertio, ut diximus, Veneris omnino erat dies. Liqvet ergo Chriſtum æræ Chriſtianæ anno 33 eſſe mortuum. Idq; in ſcripto peculiari de annis miniſterii Chriſti, adhuc latius qvoq; confirmavimus. Ejusdemq; ſententiæ fuit qvoq; *Uſſerius* in annalibus, *Riccielus* in Chronologia, *Langius* in Annis Chriſti, *Calovius* in Chronico Biblico & alii plures.

7. Atq; hæc hactenus. Conſtat ergo verum eſſe qvod diximus probandumq; ſumſimus, Chriſtum

anno æræ Chriſtianæ trigeſimo, exorſum eſſe miniſterium, adeoq; eodem trigeſimo anno primam periodum Chriſtianam incepiſſe. Nunc ad finem ejusdem periodi primæ oſtendendum progredimur. Deſiit itaq; & finita eſt eadem periodus prima, anno æræ vulgaris 324. Idq; etiam aliqvanto latius hic eſt demonſtrandum, qvia ex eo qvoq; ſeqventium periodorum omnium initia dependent. Inde autem cognoſcitur, primam periodum Chriſtianam, dictô annô 324. deſiiſſe finitamq; eſſe, qvod eodem anno 324. totum Romanum imperium in Conſtantini M. transierit jura poteſtatemq;. Qvò enim anno Conſtantinus, totius imperii factus eſt imperator, eô annô, ut Apocalyptico Schediaſmate XI. numero 21. & ſeqventibus oſtenditur, prima periodus eſt finita.

8. Qvod autem eodem anno 324. totum Romanum imperium in Conſtantini M. transierit jura poteſtatemq; atq; is tunc ejus totius factus ſit imperator, ſic probatur. Qvô anno Licinius factus eſt privatus & amiſit imperium, eô anno Conſtantinus Magnus, factus eſt totius imperii dominus & Imperator: qvia inter eos nullum fuit interregnum, & altero e throno dejecto, alter totum protinus occupavit imperium. Atqvi anno 324 Licinius ita factus eſt privatus, amiſitq; imperium. Ergo illo anno 324 Conſtantinus totius imperii factus eſt imperator. Qvod verò anno 324. Licinius factus ſit privatus & imperium amiſ-

amiſerit, inde porrò probatur: qvod eodem annô, aliqvando habuerit imperium, & tandem non habuerit ſed amiſerit Habebat in majore ejusdem anni parte imperium: nempe qvando adhuc bella gerebat contra Conſtantinum. Atq; ſic ad ejus anni Octobrem circiter bella gerebat. Præcipua autem prælia, in qvibus eo anno pugnavit cum exercitu Conſtantini, bellum vocantur Hadrianopolitanum & Chalcedonenſe. Et *Faſti Idatii* utrumq;, Criſpo tertium & Conſtantino tertium conſulibus, geſtum perhibent: & qvidem Hadrianopolitanum, factum eſſe qvinto Nonas Julias; Chalcedonenſe autem decimo qvarto calendas Octobris. Illi autem conſules, erant hoc anno Chriſtianæ æræ 324. ſicuti emendati Faſti apud *Ricciolum*, Chronologiæ libro qvarto capite 5. aliosq; nec non eorundem applicatio ad annos Chriſti, in *Petavii* Chronico, qvod libro 13. de tempore exſtat, & in *Labbæi* editione Faſtorum Idacii, docent oſtenduntq;. Atq; recentiores qvoq; Chronologi, agnoſcunt hoc anno Licinium, talia cum Conſtantino geſſiſſe prælia; nominatim idem *Petavius* in Chronico prædicto, & *Ricciolus* in Chronico magno, uterq; ad annum 324. juxta ac *Antonius Pagus* Critica in Baronium, ad annum Chriſti 318 numero 2.

9. Qvod verò toto hocce anno 324, Licinius non retinuerit imperium, ſed illud tandem eodem hocce anno amiſerit, inde probatur, qvod

eodem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

eodem hocce anno privatus ſit interfectus; veluti in Chronico ſuo *Proſper* docet, qvippe dicens, conſulibus Criſpo tertium & Conſtantino tertium, Licinium Theſſalonicæ eſſe occiſum. Et in *Euſebii* qvoq; *Chronico*, ad annum Domini 324. exſtat, Licinium eo anno privatum Theſſalonicæ eſſe interfectum. Eodemq; anno interfectum ponit *Chronici Alexandrini auctor*. Tum & *Eutropius* tanqvam eodem tempore facta conjungit, Licinium, ſe eo bello finito dedidiſſe Conſtantino, & privatum eſſe occiſum. Hæc enim ejus ſunt verba. *Licinius navali & terreſtri prælio victus apud Nicomediam ſe dedidit, & contra religionem ſacramenti, privatus eſt occiſus.*

10. Porro Licinium anno 324. amiſiſſe imperium, inde qvoq; probatur, qvod eodem anno a Conſtantino debellatus atq; oppreſſus ſit. Nam in poſteriore hujus anni prælio, nempe Chalcedonenſi, tantam accepit cladem, ut amplius adverſus Conſtantinum nihil valuerit. Et tantam cædem factam *Zoſimus* dicit, ut de centum & triginta millibus, vix triginta millia evaderent. Additq; eum rebus deſperatis, ſupplicem Conſtantino eſſe factum. Simul autem ut ita debellatus eſt Licinius, eamq; ultimam accepit cladem, factus eſt privatus, de qvo ecce tibi hæc teſtimonia. *Anonymus Valeſianus* in Excerptis de Conſtantinis. *Cum* (inqvit, Liciniani) *legiones Conſtantini per*

Libur-

Liburniam venire vidiſſent, projectis armis ſe dedide-
runt. Seqventi autem die Conſtantia, ſoror Con-
ſtantini, uxor Licinii, venit ad caſtra fratris, & ma-
rito vitam popoſcit & impetravit. Zonaras, Licinius,
inqvit, denuo ſuperatus --- Nicomediam fugit. Tum
ſoror Conſtantinum rogat, ut marito ſervaretur im-
perium: quo non impetrato, ſalutem ipſius à fratre
exorat. Itaq; Licinius plebejo habitu imperatorem a-
dit, ac Theſſalonicæ privatam vitam agere jubetur.
Sozomenus hiſtoriæ Eccleſ. libro 1. cap. 7. Licinius
pedeſtribus & navalibus copiis amiſſis, ſe Nicomediam
recipit, & poſtea vitam privatam Theſſalonicæ ad tem-
pus degens, ibi e medio ſublatus eſt. Euſebius, hiſtoriæ
Eccleſiaſticæ libro 10 cap. 9. poſtqvam dixerat,
Licinium à Conſtantino & filio ejus Criſpo eſſe
devictum, eundem hacce Conſtantini victoria
prorſus factum eſſe privatum, honoresq; & im-
perium e veſtigio amiſiſſe additurus, Confeſtim
igitur ait, & dictô citius (λογȣ θᾶττον) qvi he-
rni & pridie mortem minasq; ſpiraverant, ne nomine
qvidem tenus amplius memorabantur (οὐκέτι ἦσαν οὐ-
δὲ μέχρις ὀνόματος, μνημονευόμενοι) tituliq; eo-
rum & honores, dignum ipſis contemtum & ignomi-
niam ſunt ſortiti (γραφαί τε αὐτῶν καὶ τιμαὶ ἀξί-
αν αἰσχύνην ἐπελάμβανον). Et qvæ Licinius an-
teceſſoribus impiis atq; tyrannis, ſuismet oculis acci-
dere viderat, eadem conſimiliter & ipſe pertulit.
Sic illi.

11. Ad

11. Ad ultimum, Conſtantinum anno 324, monarcham eſſe factum, inde qvoq; colligi poteſt: qvod partim *Pæanius* Græcus Eutropii metaphraſtes, ubi dixerat, Conſtantinum in hoc ultimo anni 324 prælio & bello, tandem cepiſſe Licinium, addat: *& factus* eſt (nempe Conſtantinus capto Licinio) *ſolus abſolutus omnium dominus* (μόνος παντοκράτωρ) *habens ſub ſe tres Cæſares, filios ſcilicet ſuos.* Partim qvoq; *Aurelius Victor* in Cæſaribus dicat, Conſtantinum mortuum eſſe, cum totum orbem tredecim annis tenuiſſet: & *in Epitome*, ipſum tredecim annis ſolum imperasſe. Unde ſeqvitur, anno 324. monarcham eſſe factum. Nam uti *Petavius* de doctr. tempor. libro 13. ad annum 337. nec non *Ricciolus*, Chronologiæ libro qvarto, cap. 11. oſtendunt, anni 337. menſe Majo aut Junio mortuus eſt. Qvare ſi tredecim anni monarchiæ, auferantur de annis 337. relinqvitur omnino, anno 324. factum eſſe monarcham.

12. Monſtratum itaq; eſt, Conſtantinum anno 324. totius imperii Romani factum eſſe imperatorem. Neq; aliud ſvadent, qvæ contra moventur rationes. Eas qvas recitando reſolvemus. Prima eſt, *Licinium*, ut *Petavius* de doctrina temporum libro 13. & *Ricciolus* Chronologiæ libro qvarto cap. 11. oſtendunt, *cœpiſſe imperare anno 308, novendecim autem annis, ſicut eſt apud Anonymum Valeſianum, regnaſſe.* *Si autem 19. addantur ad*

annum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

nnum 308. *relinqvi, qvod ad annum usq; 327 impe-*
arit. Id qvod ſi verum eſt, neceſſario falſum eſt,
Conſtantinum anno 324. totius imperii factum eſſe Im-
eratorem. Ita habet objectio. Sed ille apud A-
onymum Valeſianum, numerus annorum noven-
ecim, qvibus imperaſſet Licinius, manifeſtò eſt
mendoſus. Nam ſi novendecim annis imperaſ-
ſet, etiam biennio fere poſt Concilium Nicænum
mperaſſet: qvippe qvod habitum eſt anno 325.
c qvidem 13. Calendas Julii cæptum, octavo au-
m calendas Novembris terminatum; ſicut par-
m *Petavius* de doct. temporum libro XI. cap. 41.
artim *Ricciolus* Chronologiæ libro 2. cap. 4. mon-
rant. Poſt Nicænum autem concilium & qvi-
em biennio fere, Licinium adhuc imperaſſe, eſt
erſpicuè falſum. Siqvidem ne concilii qvidem
usdem tempore adhuc regnabat: ejus enim
concilii tempore, ſolus Conſtantinus totius impe-
ii erat dominus: cujus propterea qvoq; auſpiciis
abebatur concilium, evocatis illuc per ipſum
otius imperii epiſcopis, ſicut apud Euſebium &
ios veteres paſſim legas. Et ſtatim à victoria in
icinium, adeoq; jam diu ante idem concilium,
onſtantinus totum imperium gubernabat. Atq;
eo in epiſtola ad Alexandrum & Arrium, apud
ſebium de vita Conſtantini libri 2. cap. 62. nec
on *Socratem* & alios veteres, dicit ſe partâ de Li-
innio victoriâ, ſtatuiſſe orientem adire, mutaſſe
tem ſententiam, cum Alexandri atq; Arii con-

ten-

tentiones audiſſet. rogare ſe itaq; ipſos, ut initâ inter ſe concordiâ, iter ſibi ad orientem patefaci-ant. *Sextus* qvoq; *Victor* in Epitome, dicit Lici-nium, poſt annum dominationis fere qvindeci-mum eſſe occiſum. Si autem poſt annum do-minationis fere qvindecimum eſt occiſus, certe novendecim annos haud eſt dominatus. Nam inter qvindecim & novendecim, nimis magna diſcrepantia eſt.

13. Altera objectio eſt hæcce. *Theodoretum li-bro 1. hiſtoriæ eccleſ. cap. 1. monere, quod Euſebius ec-cleſiaſtica in hiſtoria, deſcripſerit res in eccleſia geſtas uſq; ad monarchiam Conſtantini: nihil autem factum poſt inceptam monarchiam ejus memorarit. Aliunde autem conſtare, Euſebium in ea hiſtoria, non attingere res geſtas ultra annum 324. Itaq; inde ſeqvi, monar-chiam Conſtantini non incepiſſe anno 324.* Sed fal-ſum eſt, Euſebium in hiſtoria illa nihil attingere factorum, poſt inceptam Conſtantini monarchi-am. Nam ejus operis capite ultimo, ubi memo-raverat, qvod antea num. 10. allegavimus, Licii-nium victum, dictô citius honores & dignita-tem amiſiſſe, addit: *Conſtantinus autem - - - cum filio Criſpo - - - orientem recepit & Romanum prin-cipatum, juxta priſtinum ſtatum coadunatum, ab ortu ſolis undiq; per utramq; orbis partem, ſeptentrionem & meridiem, ad extrema usq; occidentis, paci ſuæ ſubje-cerunt. - - - Proponebantur præterea paſſim victoris imperatoris conſtitutiones humanitatis plenæ & vera*

pietatis

etatis indicia continentes &c. Ita *Euſebius*, ea et-
m qvæ initio monarchiæ facta, memorans ma-
feſto, nempe totius imperii occupationem, &
odeuntia illinc varia humanitatis plena decreta.
eq; aliud dicit Theodoretus: qvanqvam enim
cit, Euſebium res eccleſiæ deſcripſiſſe, usq; ad
onſtantini principatum ſive monarchiam: ta-
en non ideo dicit, eum nihil memorare de oc-
pato illo principatu & monarchia. Et notiſſi-
um etiam Philologis Grammaticisq; eſt, verbum
non ſemper excludere terminum, ad qvem usq;,
qvid factum dicitur, ſed ſæpiſſime includere
oq; eundem.

§. 14. Tertia objectio ſit, *Auctorem Chronici Ale-
ndrini anno 325. ſcribere. Eodem anno* (nempe
325.) *Conſtantinus Imperator totius imperii Romani
us*, exiſtens dominus *omnia ubiq; idola dejecit.* Sed
iud eſt factum qvid eſſe aliqvo anno, ab eo qvi eſt
onarcha; & rurſum aliud, factum eſſe ab eodem,
o ipſo anno, qvô factus eſt monarcha: qvorum
non poſterius, ſed prius duntaxat eſt in citatis ex
ronico Alexandrico verbis.

§. 15. Qvarta & ultima objectio eſt, *aliqvot
ſterius enatos Græcos, nempe Nicetam & Seidum
endam*, ut Pagus Critica in Baronium, ad annum
riſti 318. refert, *ab anno 325. numerare monar-
iæ hujus annos.* Sed tam recentes, in iis, qvibus
nge vetuſtioribus & majoris fidei auctoritatisq;
iſtentibus adverſantur, fidem non merentur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Fortaſſis etiam conciliari ſic utriq; poſſunt, qvod regnorum, ſicut & aliarum rerum plura interdum licet aliâ atq; aliâ ratione numerentur principia & qvod hi recentiores, alio reſpectu, qvam vetuſtiores iſti dixerint, in annum 325. Conſtantini monarchiæ initium incidiſſe: nempe qvod inceperint monarchiam ſive ab integro anno 325, ſive à ſolennitate aliqva in eodem anno habita & monarchiam declarante: qvalis feſtivitas forſan illa fuit qvam *Socrates* libro I. cap. 5. memorat dicens, Conſtantinum feſto ob victoriam in Licinium celebratô, ad concilium Nicænum recepiſſe ſemet: cum e contrario cæteri, eandem monarchiam incipiant, ab ipſo temporis puncto qvo eſt exorta, nempe à poſtrema parte anni 324 & ab ipſa poteſtate totius imperii, in eadem poſtrema anni 324. parte, in Conſtantini tranſeunte jura. Immotum ergo manet, qvod eſt antea probatum Conſtantinum anno 324 factum eſſe totius Romani imperii principem atq; monarcham: adeoq; primam ex periodis Chriſtianis, eodem anno 324 eſſe finitam. Id qvod aliqvanto prolixius hic ſtabilire oportuit, qvod huic qvoq; fundamento cæterarum omnium periodorum Chriſtianarum initia innitantur. Nunc ad prophetias progredimur, qvæ in Apocalypſi ad hanc primam ſpectant periodum.

16. *Primò* ad hanc periodum ſpectat epiſtola prima, qvæq; ad angelum eccleſiæ Epheſinæ ſcri-

bi ju

jubetur. *Deinde* huc pertinet ſigillum primum. animalia alata qvæ in hocce primo ſigillo, ut & in ſeqventibus ſigillis introducuntur loqventia, veni & vide, ſunt cujusvis periodi clerus eccleſia- icumq; miniſterium, ſuo fungens munere: ſi- attributa horum animalium Apoc. 4. & 5. oſtendunt. Idq; ex iisdem eorum attribu- s, Apocalyptici Schediaſmatis ſexti numero .oo. & ſeqq eſt monſtratum. Qvodq; in qvoli- ſigillo peculiare animal, clamat veni & vide, ſigillorum, ut & reliqvarum prophetiarum ocalypticarum explicationem, ex cleri in qvaq; riodo factis & ſcriptis, ſive ex hiſtoria eccleſiaſti- , qvæ a clero & eccleſiaſticis partim deſcribeba- r, partim etiam ex eorum factis, maxime conſta- t, eſſe petendam. Plura de iisdem animalibus in tato Schediaſmate ſexto legas licet. De cæteris primum ſigillum pertinentibus, vide *Hofman- m* in Chronotaxi, & Schediaſma XI. numero 7.

17. *Tertio* ad hanc primam periodum pertinet bicinium primum: de qvo vide Apocalypticum hediaſma XI numero 14. & ſeqq *Qvarto* huc per- et bellum Michaelis & draconis, de qvo vide obiliſſ. & Excellentiſſ. *Wandalini* conſideratio- chiliaſmi cap 10 pag. 160. & citatum ſche- aſma, num. 19. 20. & 21. *Qvinto* huc perti- t mulieris ſole veſtitæ tum parturitio, tum eam rturitionem conſeqvens partus: de qvo vide ejus- ſchediaſmatis citatos modo numeros. Hic

etiam de partu illo, hoc particulatim notandum
eum fuiſſe aliqvanto lentiorem & aliqvot anni
duraſſe. Initium ejus partus incidit in annum
Chriſtianæ æræ 312: altera imperii parte, tun
Chriſtianum nactâ imperatorem & cum eo li
bertatem profitendi Chriſtianiſmum: qvippe eju
partis regimen tenente Conſtantino, tunc & ipſo
met Chriſtianam Religionem profeſſo, & aliis qvi
busvis, ea in imperii parte ejus liberam conceden
te profeſſionem. Finis ejusdem partus, incidit
in ultimum hujus periodi primæ annum, nem
pe prædictum æræ Chriſtianæ annum 324
qvâ etiem parte imperii, nempe oriente, tun
Chriſtianum qvoq; imperatorem & ſimul Evan
gelii profitendi tutam & ratam nactâ libertatem
Qvippe tunc Conſtantinus, ut antea eſt oſtenſum
totius imperii factus eſt monarcha. De qvo plura
Schediaſmatis XI. numero 21. *Sexto* & ultimo
ad hanc periodum pertinet, ſed parte tantum
nus, flumen ex ore draconis, nempe flume
hæreſium, adverſus mulierem ſole veſtitam ſi
adverſus eccleſiam effuſum. Non enim draco flu
men effundere differebat, donec incepta ſeqvent
periodo, conſummatus erat mulieris partus, ſed
mox poſtqvam cæptus erat partus, & una tantu
pars imperii, nempe occidens Chriſtianæ con
feſſionis nacta erat imperatorem, flumen illu
egerere cæpit: nempe Arianos & alias peſtes ex
tans contra eccleſiam, idq; deinceps per ſeqven

periodos facere perſeveravit. Qvod autem Apoc. 12. v. 15. draco hoc flumen ex ore ſuo versus mulierem ideo emiſiſſe dicitur, ut eam faceret ποταμοφόρητον, flumine hæreſium circumlatam, adeoq; ductam & gubernatam: id ſibi vult, conſilium draconis in excitandis hæreſibus hiſce, fuiſſe, ut eccleſiam faceret hæreticam. Nam eccleſia, qvæ hæreſibus regitur, ducitur & gubernatur, hæretica eſt eccleſia. Et ſi oculus qvi regit totum corpus, eſt neqvam, totum corpus eſt tenebroſum, ceu Matth. 6. v. 23. Chriſtus ait. Ideoq; etiam Paulus Hebr. 13. v. 9. prohibet peregrinis doctrinis circumferri, & Eph. 4. v. 4. omni doctrinæ vento circumferri. Terra autem qvæ dicitur opitulata eſſe mulieri, adverſus draconis flumen, ſunt incolæ orbis Chriſtiani, ſicut alias incolæ terræ dicuntur terra, nempe Eſa: 9. v. 8, & Pſal. 66. v. 1. & ea terra ſive incolæ orbis terrarum Chriſtiani, opitulata eſt mulieri, aperuit os ſuum qvod deglutiret flumen, eſt dum per eccleſiæ doctores, qvi terræ qvaſi os ſunt, redarguit hæreſes, ſicut eccleſiam liturbantes, hæreticam tamen eam facere non poſſent. Tantum de prima periodo.

18. *Secunda* periodus Chriſtiana, eodem anno 4524. qvo finita eſt periodus prima, cæpta eſt & inchoata. Pertinet ad hanc ſecundam periodum epiſtola 2. Ejus epiſtolæ decem tentationis afflictionis dies, qvibus eccleſia hujus tempori

poris dicitur fore tentanda & affligenda, neut
qvam ſunt, qvod *Hofmannus* putavit, decem Ma
hometi anni. De Mahometanis enim nihil part
culatim apocalypſis agit, ſed tantum generalite
ſub nomine fluminis ex ore draconis effuſi: ſiqv
dem Mahometani licet hæretici, magis tamen i
corporalibus qvam in ſpiritualibus, ſunt Chriſtia
nis moleſti: iisq; dumne ipſis contemtim de Ma
hometo loqventes inſultent, liberum ſuæ religio
nis permittunt exercitium profesſionemq; ut ide
inter illos tum olim, tum hodieq; Chriſtianis
ſua religione ſecuris vivere licuerit liceatq;. Ide
Danhaverus Antichriſtoſophiæ ſect. 1. articulo
num. 57. *Genius*, inqvit, *irruptionum Ottomanica*
rum, ſpectat non tam religionem qvam regionem,
antichriſtiano regno ſemper tanqvam obex divinitus fu
it oppoſitus, receptaculum potius eccleſiæ qvam flage
lum. Et *Matthias Hoe* in Apoc. 7. pag. 520 ai
Turcarum imperium, Chriſtianæ profesſionis ho
minibus ita abundare, ut plures ibi ſint Chriſtia
ni, qvam Mahometani. Tum & furor Mahometi ſe
rior eſt, qvam ut in hanc qvadrare posſit periodum
qvippe non ante æræ Chriſtianæ annum 622. q
primus eſt Hegiræ, erumpens; cum hæc perio
dus ſecunda Chriſtiana, anno æræ Chriſtianæ 61
juxa accuratiorem chronotaxin, ſit finita. Revo
ra autem decem illi dies, ſunt decem circiter tem
porum in hac periodo Chriſtianorum perſecutio
nes; qvot fere in *Riccioli* & *Alſtedii* chronologiis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ad in hanc periodum cadentes perſecutiones, recitantur qvoq;. Qvod autem in hac decem dierum tentatione, ſatanas qvosdam credentium in cuſtodiam, adeoq; libertatis qvandam privationem dicitur miſſurus, denotat, hujus periodi perſecutiones, eccleſiam magis carceribus & exſiliis, qvam cædibus & nece eſſe infeſtaturas: ſicut & factum eſt, rarius necatis propter Chriſtianiſmum credentibus. Ideoq; *Hilarius* qvoq;, qvi hujus afflictionis vidit partem, in libello contra Auxentium. *Terret,* inqvit, *exſiliis & carceribus eccleſia, qvæ eccleſiis & carceribus eſt credita.* *Deinde* ad eandem ſecundam periodum Chriſtianam, pertinet ſigillum ſecundum. Cujus ſeſſor in eqvo, habens poteſtatem tollendi pacem de terra, notat ingentia in hac periodo bella & disſidia, maxime ipſorummet inter ſe Chriſtianorum: de qvibus *Baſilius* in libro de Spiritu S. cap. 30. *nullum amicorum & hoſtium eſſe diſcrimen,* totamq; *eccleſiæ claſſem inter ſe fragore collidi.* Iſidorus *Peluſiota*, libro 3. epiſtola 408. *Pacem ubiq; nomen, res autem ipſa nusqvam.* Hilarius ad Conſtantium. *Dum de verbis pugna eſt, dum de novitatibus qvæſtio eſt. --- Dumq; alter alteri anathema eſſe cœpit, prope jam nemo eſt Chriſti.* Et Baronius ad annum 548 num. 6. *Maximo catholicæ eccleſiæ detrimento, ubiq; rixæ, ubiq;* disſidia, *contentiones & diſſenſiones.* Atq; ad annum 432. num. 143. *Res,* inqvit, *deteſtanda, planeq; inexſpectata, --- hiſce temporibus accidit, nempe ſacerdotum ve-*

 ram

ram religionem profitentium diſcordia, & ea qvidem
tanta, ut omnem narrationis modum excedat. Plur
de eodem apud *Sulpitium Severum*, in Hiſtoria eccle
ſiæ ſub finem libri 2. aliosq;.

19. Tertio huc pertinet tubicinium ſecundum
cujus mons ardens igne & in mare conjectus, eſt ec
cleſiaſticum Papæ regnum, & principatus, hac
in periodo, in multitudinem hominum, qvi Ro
mano paruerunt imperio, adeoq; in eccleſiam qvo
q; conjectus & ei obtruſus. Regnum enim figu
rate, mons qvoq; appellatur: veluti in verbis Pſ. 72.
v. 3. montes ferant pacem. Jer. 51. v. 5. Ego ad t
o peſtifer mons, aliisq; ſimilibus. De qvibus *Gla
ſius* in Rhetorica ſacra, tractatus 1, cap. 10. pote
videri. Magna item hominum aut gentium multi
tudo figurate dicitur mare: ſicuti in dictis. Eſ. 23.
v. 4. Mare, immo robur maris dicit, non ſum
gravidum, non peperi. Eſ. 60. v. 5. Dilatabitu
cor tuum, cum multitudo maris ad te convert
tur. Jer. 51. v. 42. Aſcendit mare contra Babylo
nem: qvibus ſimilia Zach. 14. v. 8. Ez. 47, 8 &
alibi ſæpe. *Ignis* qvô mons in hoc mare conjectu
ardebat, eſt ignis contentionum, propter hoc
regnum Papæ excitatarum: De qvo innumera
eccleſiaſtica in hiſtoria apud Baronium aliosq;. E
ignem pro contentionibus litibusq; habes qvoq; i
verbis: Judic. 9. v. 20. Exeat ignis ab Abimelecho
&c. Prov. 26. v. 20. Cum deficiunt ligna, exſti
gvitur ignis, & cum abeſt maledicus, ceſſat li

Eſ. 9. v. 19. Populus eſt ut eſca ignis: nemo alteri parcit. Prov. 16. v, 27. In labiis improbi ſicut ignis adurens. Regnum autem Papæ eccleſiaſticum, in ſecunda periodo hacce, eſſe exortum inde conſtat, qvod ſub Leone 1. ut deinceps in periodis antichriſtianis, ſuo loco eſt oſtenſum, ſit exortum. Qvod vero, ubi hicce mons igne ardens, in mare eſſet conjectus, tertia pars maris dicitur evaſiſſe ſangvis, notat hominum multitudinem propter hoc regnum, in moribus admodum iri corruptum. Sangvis enim figurate morum qvoq; corruptionem notat. veluti in verbis, Eſ. 1. manus veſtræ plenæ ſunt ſangvine: & Eſ: 59. manus veſtræ pollutæ ſunt ſangvine, & digiti veſtri iniqvitate: atq; Oſ. 4. ſangvis ad ſangvinem pertingit.

20. Atq; hiſtoria qvoq; docet, ex hoc Papæ regno, magnam iniqvitatem eſſe coortam. Itaq; *Paulus Sarpius* libro de beneficiis numero 52. Ex abſoluta poteſtate Papæ, omnes exortos eſſe abuſus. Et *Richerius* in Hiſtoria Concilii Tridentini, Editionis in 8. p 197 *Poſtqvam abſoluta Paparum monarchia invaluit, omnia peſſum ruere cœperunt: propterea qvod domlnandi libido -- omnem exſtinxit charitatem, regulamq; morum oppresſit.* Sic illi. Incepit hæc corruptio, incipiente hoc Papæ regno, adeoq; hacce in periodo. Sed tectius qvam deinceps, nempe in periodo tertia; ubi clarius & impudentius, fronteq; prorſus perfricta exſerere ſemet cœpit, in eaq; impudentia deinceps perſeve-

ravit. Ideoq; in periodi qvoq; qvartæ ſigillo, Papa
repræſentatur ut mors, qviq; cumſeqvente, ipſum
inferno, id eſt clero, factus qvaſi eſt, ad perden-
dos homines, & in periodi qvintæ tubicinio, ideo
qvoq; abadon & apollyon, id eſt peſtis & perni-
cies adhuc nuncupatur. Qvod autem tertia pars
maris propter hunc montem in mare conjectum
in ſangvinem dicitur converſa, & tertia pars crea-
turarum in mari, mortua eſſe, nec non tertia
pars navium, id eſt eccleſiarum eſſe corrupta: id
innuit, hanc corruptionem perniciemq;, eventu-
ram eſſe maxime in occidente, ſive iis de vetere
Romano imperio partibus, qvæ Romano parent
& paruerunt Papæ. Tertia enim pars maris eſt
mare tertiæ partis, & ſimiliter in cœteris. Eaq;
tertia pars eſt occidens vel Europa, ubi erat Papa-
le imperium: diciturq; *tertia pars*; partim qvod
Europa fuerit pars tertia orbis veteribus cogniti,
qvippe haſce tres tantum partes numerantibus,
Aſiam, Africam & Europam: partim qvod de
vetere Romano imperio, tertia qvaſi portio qvæ-
dam fuerit, qvippe ejus tres decimas circiter oc-
cupans partes. Ideoq; parvum cornu, id eſt an-
tichriſtus, ſicut id parvum cornu poſt veteres pæ-
ne omnes, *Danhaverus* Antichriſtoſophiæ ſectio-
ne 1. articulo 8. numero 64. & alii noſtrates in-
terpretantur, Dan. 7. v. 8. dicitur occupaſſe lo-
cum trium cornuum, de veteris Romani imperii
cornibus, ſive regnantibus vel regno ſufficientibus

par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

artibus decem. Plura huc ſpectantia in Apocalyptico Schediaſmate tertio ad verbum, *tertia*

21. Qvarto ad hanc periodum, pertinet qvoq; fuga mulieris in deſertum. Hæc fuga mulieris in deſertum, diverſa eſt, a nutritione mulieris in deſerto, eandemqve nutritionem præceſſit. Prius enim neceſſe fuit, ut veniret in deſertum, qvam nutriri in eo poſſet. Videturq; hæc fuga mulieris in deſertum, eſſe tum ejus qvaſi disparitio; qvâ, ut Excellentisſimus *Wandalinus* in Chiliaſmi conſideratione, pag. 163. loqvitur, ſenſim ex oculis evanuit, facta pœne inviſibilis, niſi ſoli Deo: tum & evaneſcentia Chriſtianarum virtutum & chariſmatum apud Chriſtianos pleroſq;. De qvo *Salvianus* libro 7. de gubernatione Dei, cap. 147. *Tanta eſt raritas bonorum, ut pœne unus eſſe videatur.* Et Iſidorus *Peluſiota* libro 2. epiſtol. 408. *non tantum chariſmata avolaſſe, ſed etiam vitam & virtutem abſceſſiſſe, idq; nemini obſcurum eſſe. Duæ alæ aqvilinæ*, qvibus mulier avolat in deſertum, notare videntur, partim fugam hancce in deſertum factam eſſe, cum Romanum imperium, faſces ejus tenentibus Conſtantini ſucceſſoribus in duo diſcesſiſſet imperia, orientale & occidentale: alæ enim aqvilinæ, Romani imperii ſunt inſigne: ut ideo *Claudianus* libro 2 in Ruffinum verſu 236 milites ad Arcadium imperatorem ita faciat loqventes. *Qvid*

con-

conſangvineas acies, qvid divides olim concordes a
qvilas? non diſſociabile corpus, conjunctumq; ſummum
partim duplex hoc imperium protexiſſe qvidem
eccleſiam, adverſus draconis impetum; & eju
adverſus perſecutiones, clerum eccleſiæq; docen-
tes, magnis muniſſe opibus atq; poteſtate, mal
tamen hoc ceſſiſſe, & redegiſſe eccleſiam in ſta
tum deſerto ſimilem: qvia clerici opibus ditati
priorem modeſtiam citò exuebant, magisq; ter-
rena qvam cœleſtia ſpectare incipiebant.

22. *Qvinto* in hac periodo, continuatur qvoq;
flumen ex ore draconis effuſum: qvippe qvod ſub fi-
nem primæ periodi, effundi cœptum, in hac ſe-
cunda periodo, multo vehementius, diuturnius &
terribilius infeſtavit eccleſiam, alia hæreſi poſt ali-
am, nempe Arrianiſmo, Manichæiſmo, Neſtori-
niſmo, Eutychianiſmo, Pelaganiſmo, & ſimili-
bus ipſam jugiter affligantibus, diſcerpentibusq;
Sexto incidit qvoq; in hanc periodum initium hi-
ſtoriæ de beſtia ſepticipite & decemcorni, qvæ A-
poc. 13. deſcribitur: adeoq; ſimul incidit initium
1260. dierum propheticorum, de qvibus vide di-
cta deinceps num. 44. & ſeqventibus.

23 *Tertia* periodus Chriſtiana, anno æræ vul-
garis 618. incepit. Ad hanc tertiam periodum
pertinet *primo* epiſtola tertia, qvæq; angelo eccle-
ſiæ Pergamenſis eſt inſcripta. *Deinde* ſigillum ter-
tium: cujus charitas annonæ, qvæ raritatem ver-
bi divini, ænigmatice repræſentat, clarius intelligi-

r, ſi chænicem Romanam, qvæ juxta Rhemnium
læmonem in carmine de menſuris, qvarta pars
eat modii, ad explicationem verborum aſſumas:
c non pretium annonæ tolerabile ex Ciceronis
ctava in Verrem: qvô juxta decretum ſenatûs,
odius tritici qvatuor ſeſtertiis, id eſt denario, &
odius hordei duobus ſeſtertiis, adeoq; ſemiſſe
narii emebatur. Fuiſſe autem magnam verbi di-
ni hoc tempore raritatem, qvi tunc vixerunt
onqveruntur. Certe *Concilium Toletanum* XI. anno
675. habitum, apud Baronium eodem anno, nu-
mero 2. *Non erat*, inqvit, *qui errantium corrige-
t partes, cum ſermo Divinus haberetur extorris.* Atq;
nsbertus ſæculi noni pater, præfatione Apoca-
lypticos in commentarios conqveritur, ſibi codi-
ces ſacros penſitanti ſcrutantiq; objectum fuiſſe,
non eſſe nunc tempus diſſerendi ſcripturas. Et *Synodus
ullenſis* apud Baronium anno 859. num. 5. *Divi-
næ*, inqvit, *Scripturæ verax & fidelis intelligentia ita
ilabitur, ut vix jam ejus extrema veſtigia reperian-
tur.* Ita ſynodus illa. Qvod autem in eodem
gillo tertio adjicitur, *vinum & oleum ne læſeris*,
ſtendit in hac verbi divini raritate & defectu
aptiſmum & euchariſtiam non defore tamen.
Oleum enim hic notat baptiſmum: partim qvate-
nus ſpiritu ſancto, qvi Pſalmo 45. lætitiæ dicitur
oleum, homines in baptiſmo donabantur & qvaſi
ungebantur: partim qvatenus Romana in ec-
cleſia, baptiſmo chriſma, qvod oleo fiebat, adde-
batur

batur. Euchariſtiam autem denotat vinum, denō-
minatô totô à parte: cum in euchariſtia vinum
conſecretur qvoq;, & ſit ſangvinis Chriſti, qvi
in eadem euchariſtia percipitur, peculiare ſymbo-
lum. Atq; hiſtoria qvoq; docet, in hac verbi Di-
vini ejusdemq; prædicatione omiſſa, baptiſmum
tamen & euchariſtiam, ſaltem hacce in periodo non
defeciſſe. Immo & in ſeqvente periodo freqven-
tes adhuc erant. Nam anni 1095. *concilium Claro*
montanum canone 28. apud Baronium, ejusdem an-
ni numero 25, nec non Paſchalis ſecundus apud
eundem Baronium, in Appendice ad tomum XII.
annumq; 1118. adhuc benedictum ſeorſim pa-
nem, ſeorſim vinum in euchariſtia, ſumi jubent.
Qvod autem in Concilio Conſtantienſe, per pro-
hibitam communionem ſub utraq;, veræ eucha-
riſtiæ uſus majore ex parte ceſſaverit, ſerius eſt,
& non ad hanc tertiam, ſed alteram ab hac tertia,
nempe qvintam pertinet periodum. *Tertio* ad
hanc tertiam periodum pertinet tubicinium ter-
tium. Cujus tubicinii ſtella incidens in tertiam
partem fluviorum & fontium, ſive qvod idem eſt,
in tertiæ partis de Romano vetere imperio fluvios
& fontes, eosq; in abſinthium vertens: eſt Papalis
ordo, eccleſiaſticos libros, qvi ſunt qvaſi doctri-
narum fontes & fluvii, hacce in periodo adulte-
rans atq; corrumpens: immo & falſa ſuppoſiti-
tiaq; ſcripta, pro veris inducens. Veluti ſpuriam
epiſtolam Petri Apoſtoli ad Pipinum Carolum &

Caro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

rolomannum, apud Baronium anno 755. num. qvi nunqvam tale qvid antea viſum eſſe fate- item epiſtolas decretales, qvas conſtat in hac riodo effictas, & tandem pro regenda eccleſia in cidente eſſe aſſumtas, aliaq; conſimilia.

24. *Qvarto* & ultimo ad hanc tertiam perio- m, pertinet qvoq;, cujus mentio facta eſt in perioribus periodis, flumen ex ore draconis, ad- rſus mulierem ſole veſtitam effuſum: qvippe in c qvoq; periodo effundi continuatum & magis am nunqvam antea infeſtans eccleſiam. Nam c prioribus graviorem hæreſeos diluviem, ex e, ſuo ſive hæreticis, adverſus eccleſiam effu- t draco: nempe Mahometiſmum, qvi magis am ullæ aliæ antea exortæ hæreſes, vexavit m, & Arabiam, Perſidem, Syriam, Palæſti- m, Ægyptum, Africam, Aſiam, Hiſpaniam, asq; partes terrarum pervaſit: hodieq; plus- am mille annis à ſui initio transactis, melio- m & fertiliorem orbis terrarum adhuc tenet par- m. Incepit autem, ſub initium hujus periodi, mpe, qvod extra controverſiam eſt, anno æræ riſtianæ 622. qvi primus eſt Hegiræ.

25. *Qvarta* periodus chriſtiana, anno æræ Chriſtia- 912. cæpit. Ad hanc periodum qvartam pertinet *mò* epiſtola qvarta, qvæq; ad Thyatirenſem an- lum ſcribi jubetur. *Deinde* ſigillum qvartum. ujus ſigilli *mors*, ſedens in eqvo eſt Papa, ideo ors dictus, qvod mortem intulerit, mortis

cau-

cauſa extiterit: ſicut venenum, qvod mortem ſo
let inferre, in poſteriore Regum, mors vocatur
cum ibidem, mors in olla adeſſe dicitur. Et e
qvoq; de cauſa, Papa in tubicinio qvinto, Abado
& Apollyon vocatur. Atq; in hac qvoq; period
ut hiſtoria docet, Papæ multo pejores & peſtilen
tiores facti ſunt, qvam antea. *Baronius* ad annum
912. num. 8. vocat eos *monſtra viſu horrenda*, &
Genebrardus chronici libro qvarto *apotacticos*
apoſtaticos, potius qvam apoſtolicos. Qvibus adde
ſuper eodem ab *Uſſerio* de ſucceſſione adducta te
ſtimonia, capite tertio, qvarto, qvinto, ſeptimo &
nono. *Infernus* autem ſeqvens hanc mortem, eſt
Latinæ eccleſiæ clerus, Papæ Romano addictus
qvippe plusqvam ſuperioribus ætatibus perverſu
& impius. Itaq; *Paulus Sarpius* libro de beneficii
num. 19. hoc tempore eccleſiaſticis in negotiis
ait chaos fuiſſe qvoddam impietatum. Et *Baroni*
in Annalibus ad annum 1001. num. 22. tempu
hocce vocat omnium deploratisſimum. Add
qvæ ſuper eo *Uſſerius* de ſucceſſione cap. 3. num
1. 2. & 11. nec non cap. 7. num. 3. & ſeqven
tibus annotavit. Et ne mirum ſit, clerum impi
um dici infernum, alibi qvoq. in Scripturis impii
ut infernus repræſentantur, veluti in verbis Pro
1. v. 12. devoremus eos ſicut infernus, & cum a
ulteræ hoſpites, Prov. 9. v. 18. inferni dicuntur ho
ſpites.

26. Qvod morti huic atq; ſeqventi eam inferno

d

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

...citur *datum, interficere* nempe homines, in *quartæ*
parte terræ, ſive occidente vel Europa, qvæ eſt qvarta
qvædam portio orbis terrarum illud revera factum
deprehenditur qvoq;. Nam præter mortem tem-
poralem, qvam bella excitando, permultis millio-
nibus intulerunt, ſpiritualiter qvoq; innumeros ne-
...runt, & gratia Dei ſpiritualiq; vita ſpoliarunt.
...q; hoc tempore vivens S. *Anno* Archiepiſcopus
Colonienſis, prout citatur in Exordio Ciſtercienſi,
...ſtinct. 5. cap. 16. *væ væ univerſis terræ angulis ab*
... *qvi dicuntur Epiſcopi & rectores animarum.* Atq;
Matthæus Pariſius ad annum 1072. ait, ſpectrum
...ram clerico expandiſſe manum tetricis literis
...riptam, in qvibus Satanas & omne contuberni-
...m inferorum, omni eccleſiaſtico cætui gratias
...ittit, qvod cum in nullo ſuis voluptatibus de-
...ent, tantum numerum ſubditarum ſibi anima-
...rum, ſuæ prædicationis incuriâ, paterentur ad
...ferna deſcendere, qvantum ſæcula retroacta
...nqvam viderant. Et innumera alia eodem per-
...nentia, in antiqvitate ſunt teſtimonia.

27. Inter *inſtrumenta*, qvibus hujus ſigilli mors
... infernus dicuntur necaſſe homines, *gladius*
... ii memoratur, eſt gladius bellorum atq; diſſen-
...num, qvæ clerus in hac periodo plusqvam an-
... excitavit. In qvibus eminent, partim expedi-
...nes Palæſtinæ, qvarum claſſicum primus ceci-
... Silveſter ſecundus, uti Baronius anno 1003.
... m 6. refert: partim Principum Chriſtianorum

adverſus imperatores, & maxime adverſus Henri
cum qvartum bella, in qvibus, ut *Aventinus* ai
omnia divina humanaq; ſunt permiſta. De qvo plu
apud *Uſſerium*, libro dicto capitis qvinti num.
& ſeqventibus legi poſſunt. *Fames*, qvæ alteru
eorum in hac nece inferenda inſtrumentum
moratur, eſt, qvæ etiam Am. 8. v. 11. fames dicitu
verbi divini ceſſatio evangelicæq; prædicatio
omiſſio. Ubi enim verbum Dei non prædicatu
ibi omnia ad pejus & exitium vergunt. Hæcce a
tem verbi divini ejusq; prædicationis ceſſat
omiſſioq; antehac qvidem cæpta, immenſum
modum, hacce in periodo eſt aucta, idq; invect
etiam, qvod vocant *interdictô*, qvô ob unius a
paucorum offenſam, clerus integras modo ci
tates, modo regiones, publico Dei cultu verbi
divini uſu per intervalla ſpoliabat. Erantq; int
dicta qvæ pluribus annis, etiam usq; ad ſexdeci
viginti aut plures durabant. Omnisq; in illis p
blicus Dei cultus & coram populo palam re
nans verbi Divini uſurpatio ceſſabat, præterqv
in baptiſmo & euchariſtia moribundorum. Ita
Odelricus in ſynodo Lemovicenſi apud Baroniu
anno 1034. num. 18. interdicti leges ponend
baptiſmum & viaticum in exitu mortis con
dens, divinum tamen officium, non niſi clan
lum, in templis fieri jubet. Et *Stephanus Tor*
cenſis in epiſtola 237. tempore interdicti, cla
dicit eccleſias, ceſſare ſacramenta, ſilere can

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

divina. Sic & *Innocentius* tertius apud Odori-
mum Rainoldum in Annalibus anno 1198. num.
.11. interdictum in Gallia facturus, ſuo legato il-
exiſtenti injungebat, Galliam ita percelle-
t interdicto, ut præter *baptiſma parvulorum & pæ-
nitentias morientium, nullum divinum celebraretur
officium.* Atq; hoc interdictum in hac qvarta præ-
pue cœpiſſe periodo, inde cognoſcitur qvod ut
novam prædictus *Odelricus* in ſynodo Lemo-
ceuſi proponat: ſimiliterq; ut rem novam con-
feſſeret *Ademarus* Engoliſmenſis ad annum 994.
ut *Dupinus* in Antiqva eccleſiæ diſciplina, diſ-
tatione 3 refert. *Tertium* necandi inſtrumen-
vocatur *mors*, eſtq; ipſa horum temporum
moribus lues atq; corruptio, qvæ tanqvam e-
demia qvædam peſtilitas per omnia ſe diffudit.
vare *Baronius* ad annum 900. num. 1. ſuper ſæ-
lo decimo, qvod eſt hujus periodi primum,
lerum diluvium in ipſo ait *excrevisſe in immenſum.*
de ſæculo XI *Petrus Damianus* epiſtola 15 ad
exandrum ſecundum, *totum mundum* eô tem-
re, *aliud non fuiſſe, qvam gulam, avaritiam atq; libi-
nem* & apud Baronium anno 1061 num 10. *ec-
ſiam* tunc *ad verticem usq; fuiſſe conſtupratam. Quar-
tum* & ultimum inſtrumentum, dicuntur eſſe *beſtiæ
feræ*, ſuntq; homines beſtialiter viventes: qvorum
immenſus in hac periodo erat numerus. Itaq; *Baro-
nius* anno 1049. num. 10. omnem carnem cor-
rupiſſe viam ſuam. Vide etiam qvæ ex Wilhelmo

Tyrio & aliis *Uſſerius* de ſucceſſione cap. 3. numm…
1. & 2. allegat.

28. Tandem hancce qvartam ad periodum, p…
tinet qvoq; tubicinium qvartum. Plaga ejus com…
muniter loqvendo, ſunt ingens Latinæ eccleſiæ …
hac periodo tenebræ & barbaries. Itaq; percu…
dicitur tertia pars ſolis, tertia pars lunæ, ter…
pars ſtellarum, ut tertia eorum pars obtenebr…
retur: & tertia pars nec noctis nec diei luce…
appareretq;. Nam tertia pars ſolis, lunæ, ſtell…
rum, diei & noctis ſunt per hypallagen dic…
ſol, luna, ſtellæ, dies & nox tertiæ partis: id …
Papalis imperii, ſive Europæ, vel eccleſiæ in …
ropa, Papis hoc tempore ſubjectæ, nempe Lati…
vel Romanæ eccleſiæ: & veluti in tubicinio …
cundo, tertia pars maris, itidem eſt mare ter…
partis vel mare *Papalis* imperii, eccleſiæq; La…
næ. Qva autem ratione, Papale imperium ej…
q; eccleſia, pars dicatur tertia, de eo vide di…
antehac numero 20, & in tertio Schediaſm…
apocalyptico, ad voces, *Tertia pars.* Atq; …
gentes hacce in periodo tenebras fuiſſe …
barbariem; hiſtoria etiam docet. *Baronius* …
no 939. numero 5. ſæculum decimum, q…
eſt hujus periodi primum, ſæculum appella…
nebroſum; & anno 974. numero 2. caligi…
in ipſo, ait pæne Ægypti ſuperaſſe tenebras. A…
ſæculo hujus periodi ultimo, nempe duodeci…
vivens *Alanus ab inſulis*, ut ex Ottone de S. Bla…

U

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſſerius de ſucceſſione, capitis 8, numero 46. re-
: ſuffragante *Alberico trium fontium*, dum in
ronico, ipſum anno 1202. mortuum eſſe ait:
inqvam Alanus, in Planctu naturæ, de ho-
m temporum tenebris admodum conqveſtus,
cturnum chaos dicit *abundaſſe*, & *noctis* ſive tene-
arum in terris exſtitiſſe *abyſſum qvandam*.

29. Ad duo autem capita, hujus tubicinii in
ticinio, harum temporum revocantur tene-
: nempe ad tenebras ſubſtantiarum & acci-
ntium: ſive ad tenebras ſolis, lunæ & ſtella-
m: nec non tenebras diei & noctis. Tenebræ
bſtantiarum ſive ſolis, lunæ & ſtellarum, ſunt
nebræ in hominibus, & qvidem iis, qvi virtu-
m ſplendore lucere debebant. Et ſol obtene-
atus, eſt ſol Romanæ vel Latinæ eccleſiæ, ſive
pa: luna autem eſt reliqva Romana eccleſia:
ſtellæ ſunt ejusdem Romanæ eccleſiæ clerici,
æcipue in officiis eccleſiaſticis conſtituti: ha-
ntq; ſe hi omnes Latina in eccleſia, ut familiæ
cujus pater, mater & filii: qvales in ſomnio
ſephi Geneſ. 37. v. 9. itidem ut ſol, luna & ſtel-
repræſentantur. Et papa eſt qvaſi pater: ut i-
qvoq; *Bellarminus* de pontifice libro 2. capi-
31. eum etiam patrem patrum dici notet: cœ-
tera Romana eccleſia, eſt qvaſi mater, ut pro-
erea ei addicti, ipſam qvoq; ſuam appellent
atrem: clerici, autem ejus, maxime præcipui
tanqvam in familia filii, qvippe res ejus

 potiſ-

potiſſimum adminiſtrantes. Atq; in ſigillo qvo
ſexto, Apoc. 6 v. 22. & 23. Sol, luna & ſtell
itidem ſunt Papa, Romana eccleſia, præcipui
ejus clerici. Conſtat etiam ex hiſtoria, ingente
hujus periodi tempore, in Romana eccleſia
ejus Papa clericisq;, morum fuiſſe barbariem ten
brasq;. De qvo præter poſita antehac numer
23. & 25. *Alanus ab inſulis* in Planctu naturæ.

Heu qvam præcipiti paſſu ruinam
Virtus ſub vitio victa laborat!
Virtutis ſpecies exſulat omnis,
Laxantur vitio fræna furoris;
Langvet juſtitiæ Lucifer: hujus
Vix umbræ remanet umbra ſuperſtes.

Et *Bernhardus Claraevallenſis*, præfatione in V
tam Malachiæ. *Qvem*, inqvit, *mihi oſtendas*,
de illorum numero, qvi videntur dati in lucem ge
tium, non magis de ſublimi fumantem, qvam fla
mantem. Atq; Papas hujus temporis *Arnulphus A*
relianenſis, in ſynodo Rhemenſi, anno 992. apud
Baronium in eodem anno *monſtra* vocat *hom*
num, ignominia plena, ſcientia humanarum divinarum
rerum vacua. Et exclamans addit: *O lugenda Rom*
qvæ noſtris majoribus clara patrum lumina præbuiſ
noſtris temporibus, monſtroſas tenebras, futuro ſæcu
fumoſas effudiſti! Sic Arnulphus. Plura de mo
ſtroſis hujus temporis Papis, antea numero 25
30. Qvod ad alterum caput, ſive tenebras a
cidentium, nempe tenebras diei & noctis at

non

...tet, qvodq; *nec diei nec noctis tertia pars*, id eſt
...eccleſiæ Latinæ nec dies nec nox luxerint: viden-
...tur eæ tenebræ, eſſe cognitionis & ſcientiæ te-
...nebræ: & *dies* non lucens, eſſe defectus verbi di-
...vini, vel ſcientiæ Divinæ ſive Theologicæ; nox au-
...tem lucens, humanæ defectus ſcientiæ. Ea enim
...duplex ſcientia, inter mortales, qvaſi dies & nox
...ſubſiſtit: eademq; forſitan vocabulorum eſt accep-
...tio, cum Pſalmo 19. verſu 3. dies diei & nox
...nocti dicitur indicare ſcientiam. Atq; revera his
...temporibus, ſummus & humanæ & divinæ ſci-
...entiæ regnabat defectus ignorantiaq;. *Bellarminus*
...libro qvarto de pontifice Romano capite 12.
...culo decimo ait, *non exſtitiſſe infelicius & indo-
...ctius ſæculum.* Et in Chronologia, *Vide*, inqvit,
...*ſæculum infelix, in qvo nulli ſcriptores illuſtres, nulla
...concilia* Atq; *Arnulphus Aurelianenſis* apud Baro-
...nium, anno 992. numero 15. etiam Romæ, vix
...fuiſſe ullum qvi literas didicerat, ſine qvibus a-
...ſtiarius vix efficitur. Sæculi qvoq; ſui ſive
...undecimi ſtatum memorans *Valtramus*, in ſcripto
...unitate eccleſiæ, ubi de ejus ſæculi inter impe-
...ratores & Papas ſchiſmate agit, *divinas* pariter &
...*humanas leges*, ait *eſſe corruptas* De eodemq; ſæcu-
...& ejus ſchiſmate, ſermonem faciens *Urſpergen-
...ſis*, *tam divinas qvam humanas leges eſſe pæne aboli-
...tas dicit.* Sæculo qvoq; duodecimo vivens præ-
...*Alanus*, in Planctu naturæ, Operum pagi-

na 317. de ejus tum ignorantia & doctrina tum
barbarie, tum cæteris loqvens vitiis, *Unius*, imi
qvit *virtutis occidens*, *cæterarum virtutum occidens*
tem funditus nubilabat. Unius probitatis eclipſis, *cæte*
rarum probitatum ſydera, receſſu ecliptico mori cogi
bat.

31 *Qvinta* periodus Chriſtiana, anno æræ
Chriſtianæ 1206. cœpit. Huc *primo* pertinet ep
ſtola qvinta, qvæ ad Sardenſis eccleſiæ angelu
ſcribi præcipitur. *Deinde* ſigillum qvintum.
qvo ſigillo qvinto, nec non ſeqventibus ſigilli
illud eſt notandum; qvod in ipſis, non ita ut i
qvatuor prioribus ſigillis, animal alatum veni
vide dicit. Cujus cauſa hæc reddi poteſt, qv
in tribus poſterioribus ſigillis, animalia ex prim
tribus ſigillis repeti debeant? ita ut primi ſigili
animal alatum, in qvinto repetatur ſigillo, ſ
cundi in ſexto & tertii in ſeptimo. Qvalis eni
in pertinentibus illuc negotiis, primæ periodi
ratio, talis eſt etiam qvintæ: & qvalis eſt ſecu
dæ, talis etiam eſt ſextæ. & ſic deinceps. De qv
plura in Apocalyptici ſchediaſmatis octavi nu
mero 9. Cædes atq; ſangvinis effuſio, cujus i
qvinto hocce ſigillo vindictam, necatorum
clamant animæ; notat eorum, qvi Papatus ab
minationibus contradixere, veluti Valdenſium
Albigenſium, Vicleſiſtarum & Huſſitarum,
graveſcentem maxime, hacce in periodo perſec
tionis crudelitatem. *Albaq;* eis datæ *ſtolæ*, non

ant eos, qvanqvam a Romana eccleſia damna-
tos & necatos, ut hæreticos & nefarios, a Deo
tamen abſolutos eſſe innocentesq; judicatos.
Qvod ſub *ara* dicuntur *clamare*, notat qvod a clero
oppreſſi vindictam inclament. Ara enim in A-
pocalypſi, figurate notat clerum: de qvo vide
qvæ in Apocalyptico ſchediaſmate tertio, ad
vocem *altare* ſunt annotata. Qvod deniq; juben-
tur exſpectare, donec compleantur eorum fra-
tres, oſtendit tum ſimilem in periodo ſexta fore
perſecutionem, & tunc qvoq; innumeros ob te-
ſtimonium Chriſti fore necandos: tum impuni-
ta hæc non fore: & ſuo qvoq; tempore, Deum
hujusce crudelitatis pœnas, a Romana ſumturum
eſſe eccleſia, & facturum, ut ipſius qvoq; mem-
brorum, largiter tandem effundatur ſangvis. Id-
qve fortasſis fiet, in calcatione illa torcularis, de
qva Apoc. 14. & cujus ſangvis ad frænos usq;
eqvorum, dicitur fore pertingens.

§. 32. Tertio & ultimo, hancce qvintam ad pe-
riodum, pertinet Apocalypſeos nono deſcriptum
tubicinium qvintum. Ejus tubicinii locuſtæ ſunt
monachi mendicantes: qvorum potisſimi om-
niumq; primi, erant Dominicani & Franciſcani,
in hac periodo, nempe aliqvanto poſt initium
ſeculi decimitertii, uti ex hiſtoria conſtat, ex
ipsaq; in Schediaſmate tertio, ad vocem annus, eſt
demonſtratum, prodeuntes in lucem & exorti.
Mores eorum & ingenium *Matth. Pariſius* in ſua

 hiſto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

hiſtoria, *Joh. Wiclefus* in Dialogorum libris,
Clemangis in libro de corrupto eccleſiæ ſtatu : e
recentioribusq; *Uſſerius* de ſucceſsione capite 9.
nec non *Hoſpinianus* opere de origine monacha-
tus deſcribunt atq; depingunt. Qvod autem locu-
ſtis hiſce memoratur dictum eſſe, ut non læ-
dant gramen viride & arborem ullam, ſed ho-
mines tantum illos, qvi non habent ſigillum Dei
in frontibus : non ſic intelligendum eſt, tanqvam
vere pii & credentes, qvi hic ut & alias, gramen
viride & arbores figurate dicuntur, nulla ab iis
afficiendi eſſent injuria. Nam innumeros eorum
qvod verbum Dei papiſmo contrarium ſunt pro-
feſsi, ut hiſtoria monſtrat, crudelisſime vexari neca-
riq; curarunt. De eoq; animæ necatorum, in ſigillo
qvinto, divinam ultionem inclamant. Sed is ſenſus
eſt, qvod iis ſua crudelitate nocituri non ſint
ſiqvidem beati ſunt, qvi perſecutionem patiuntur
ob juſtitiam : & ut eſt Rom. 8. diligentibus Deum
omnia cooperantur in bonum : ſolis vero ver-
bum Dei Papiſmo contrarium non profitentibus
ſint nocituri : nam verbum Dei Papiſmo contra-
rium non profitentes, ſunt qvi hoc loco ſigillum
Dei in fronte non habere dicuntur. Et qvod al
his locuſtis pasſi ſunt, ſiqvidem non propter
Dei cauſam, ſed alias propter cauſas fiebat, eos
beatos non efficiebat, ſed erat eorum gravis tor-
tura, meritaq; peccatorum pœna.

32. b. Porro qvod locuſtis verſu 5. dicitur da-
mnum eſſe, ut homines, ſigillum Dei in fronte non
habentes, haud occidant ſed torqveant, non ſic
accipiendum eſt, tanqvam nulli tales, Dei ſigillum
in fronte non habentes, ſive Papiſmi erroribus
non contradicentes, mendicantium monacho-
rum cura & ſtudio ſint necandi. Ex hiſtoria e-
nim manifeſtum eſt contrarium, & complures
tales, eorum curâ eſſe necatos interfectosq;:
ſed is ſenſus eſt, eorum plagam generaliter loqven-
do, non eſſe in eo conſtituram, qvod homines
verbum Dei Papiſmo contrarium haud profiten-
tes ſint necaturi, ſed in eo qvod ipſos ſint tortu-
ri. Non enim omnes eorum necarunt, ſed omnes
eorum, ſaltem cum qvibus ipſis tale negotium erat,
torſerunt: & ad torturam omnia referri poſſunt:
etiam mors qvam inferri curarunt, qvippe qvæ i-
dem qvædam erat tortura. Neq; obſtat, textus
Apocalyptici verba eſſe, ut *non interficiant ipſos ſed*
ut torqveantur. Nam meminiſſe oportet apoca-
lypſeos ſtilum & ſermonem ænigmaticum eſſe: &
Græca verba, ſic qvoq; exponi poſſunt, *non ut in-*
terficiant ipſos, ſed ut torqveantur. namq; particula
μὴ qvæ eſt in Græco, ſeqvente particula ἀλλὰ
interdum notat qvoq; idem qvod οὐχ ἵνα, ſive
non ut, Et ſic videtur qvoq; ſumi in verbis 1.
Cor. 12. v. 25. deficienti membro Deus plus de-
dit honoris, non ut ſchiſma ſit in corpore, ſed
ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ut membra idem inter ſe curent. Fortaſſis etiam
in Apocalypticis hiſce de non necando verbis, ſi-
mul eò reſpicitur, qvod monachi mendicantes
illos qvos necari curarunt, non immediate &
per ſemet necarint ſed per alios. Et neq; licuit
ipſis ullos immediate interficere: ſi enim qvis-
qvam eorum id faceret, in irregularitatem pro-
pterea incidebat, ut ad ſacra munia & officia, do-
nec ab ea irregularitate abſolvebatur, eſſet inep-
tus. Ideoq; etiam mendicantes cum ſuo judicio
necari aliqvem curabant, magiſtratui ſæculari
eum necandum tradebant, & qvidem hâc formu-
lâ, uti *Eimericus*, in Directorio Inqviſitorum parte
tertia, in nono modo terminandi proceſſum pa-
gina 512. oſtendit. *De foro noſtro eccleſiaſtico te*
projicimus & brachio ſæculari relinqvimus. Immo &
hanc fictam mendacemq;, ſicut ibidem Eimeri-
cus docet, addebant proteſtationem. *Rogamus ta-*
men & efficaciter, dictam curiam ſæcularem, qvod cir-
cate, citra ſangvinis effuſionem & mortis periculum
ſententiam ſuam moderetur. Qvam proteſtationem
licet mendacem & hypocriticam non licebat o-
mittere. Ideoq; ad eum Eimerici locum com-
mentator Pægna. *Proteſtatio*, inqvit, *hæcce non*
eſt omittenda, qvoniam & communi jure & genera-
fori eccleſiaſtici nititur conſvetudine. Sic ille.

33. Præterea, qvod Apoc. 9. verſu 3. 5. & 10.
locuſtæ hæ ſive monachi mendicantes, ut ſcor-

piiq

per caudam ſuam homines qvoq; afflicturi
tum alia, tum id qvoq; & qvidem maxi-
ut apparet, reſpicit: qvod ut ſcorpius caudâ
ſic monachi mendicantes per ſuos aſſeclas,
anqvam per caudam ſuam hominibus perqvam
graves fuerint. Cauda enim figurate in ſcripturis
aſſeclas notat: veluti in Apocalyptico Schedia-
te tertio, ad vocem caudæ eſt monſtratum.
Et hiſtoria docet, monachos mendicantes, ſuos
per aſſeclas admodum homines læſiſſe. Nam
per illos bella adverſus eos, qvos oderant gere-
bant. Per illos inſidioſe qvoq; homines obſerva-
bant, diſperſis per urbes & oppida, ut *Bzovius*
ad annum 1478. num. 14. refert, ejusmodi ob-
ſervatoribus. Per aſſeclas qvoq; accuſationis pro-
ceſſum, adverſus eos qvos inſectabantur inſtitu-
ebant. Per illos etiam ſtricte dictis tormentis &
qvæſtionibus eos ſubjiciebant. Per illos deniq;
damnatos necabant, & cum ipſos necandos il-
lis tradebant, ſæculari poteſtati vel curiæ, ſicut
modo vidimus, ſe tradere & relinqvere eos dice-
bant.

33. b. Caput autem negotii, in qvo monachi
mendicantes, mortales affligebant torqvebantq;,
complectebatur eqvidem inter alia dominium
conſcientiæ & coactionem ad enumeranda, pri-
vatam per confesſionem omnia peccata, præſer-
tim mortalia, ſuis cum circumſtantiis: qvippe
qvod

qvod in Concilio Lateranenſi anno 1215 canone
21, ut lex eſt ſancita, excludens a peccatorum
abſolutione qvi illud non facerent: ejusq; co-
actionis adminiſtratio, ad monachos mendican-
tes deinceps maxime eſt devoluta: qvippe con-
feſſionis privatæ poteſtatem, ut *Uſſerius* de ſuc-
ceſſione, capitis noni numero 14. 15. &
16. oſtendit, ſibi potiſſimum arrogantes.
Præcipua tamen res, in qva hominibus tormen-
to exiſtebant, erat hæreticorum ita Romanæ ec-
cleſiæ dictorum, ſive omnium in ulla re ſacra
Papis aut Romanæ eccleſiæ clero diſſentientium,
eorumq; qvi illis favebant, ſuſpective erant faver-
perſecutio: idqve non tantum per excommu-
nicationes, invectivas, cruciatasq; prædicationes
ſed maxime per inqviſitionem hæreticæ pravita-
tis. Ei enim inqviſitioni mendicantium mona-
chorum potiſſimi, nempe Dominicani & Fran-
ciſcani, veluti *Uſſerius* de ſucceſſione capitis non
numero 31. docet, erant præpoſiti. Ipſum qvo-
q; Dominicum, ordinis Dominicani inſtituto-
rem, *Ludovicus a Paramo*, in Opere de origin
inqviſitionis libri 2. titulo 1. capite 2. delegatæ
inqviſitionis primum dicit fuiſſe generalem. Et
traditur qvoq;, ejusdem delegatæ inqviſitionis
poſtqvam perſeverans & peculiare conſtitutum
erat officium, primus fuiſſe officiarius, ſive ſim-
pliciter conſideratus inqviſitor. Licet vero hiſce
monachis mendicantibus, inqviſitionem admini-

ſtra-

raturis, ſæpe qvoq; adjungerentur epiſcopi, ſi-
ul inqviſitione functuri: potisſima tamen in-
viſitionis poteſtas, penes monachos inqviſitores
at, qvi & in ipſos qvoq; epiſcopos inqvirere
terant. Atq; qvi eis adjungebantur epiſcopi ex
orum, nempe monachorum inqvirentium nutu
re pendebant: & interdum qvoq; ipſimet ex or-
ne monachorum mendicantium erant. Crimi-
ſum autem immo & capitale, juxta inqviſitio-
leges, ceu ex decretalium libro qvinto titulo
hæreticis, capite ad Abolendam, Capite Ur-
ntis, Capite Excommunicamus itaq;, aliisq; ſimi-
us Juris Canonici legibus, liqvet manifeſtumq;
; erat non modo diverſam a Romana eccle-
, in ullo dogmate aut docere aut tenere ſen-
ntiam: qvippe qvod faciens hæreticus diceba-
r: ſed & diverſam docenti tenentive ſenten-
m, aut favere, aut ullum humanitatis ſaltem
ficium exhibere: immo & non perſeqvi eun-
m. cum dabatur occaſio, capitalis culpa &
oxia exiſtebat. In proceſſu autem contra ejus-
odi aut hæreticos, aut eorum fautores, aut de-
pq; alterutrius ſuſpectos, contra omnem juris
æqvi formam, qvorumlibet adverſus eos admit-
ebantur teſtimonia, etiam inimicorum, etiam
rjurorum, & aliorum ſceleratorum infami-
nq;. Et juxta hujusmodi qvaliacunq; teſtimo-
, accuſatus damnabatur, neq; qvinam hi eſ-
t teſtes, licuit ipſi ſcire, ut jure adverſus eos
ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſe defenderet: neq; etiam ulla alios ad judic
concedebatur appellatio: veluti *Eimericus* &
Commentator ejus Pegna in Directorio Inqviſi
torum partis tertiæ qvæſtione 64. & 65. *Edmun-*
dus Richerius in Apologia pro Johanne Gerſonio
numero 47. pagina 196, nec non ipſæ Roma-
næ eccleſiæ de eo leges, in decretalibus & bul
Papalibus illuc pertinentibus docent demonſtran
q;. Accedebant qvoq; ſæpius ſtricte & ſpecia
tim dicta tormenta, qvæſtionesq;: veluti *Limbor-*
chius in hiſtoria Inqviſitionis libri qvarti capi
29. & *Eimericus* in Directorio parte tertia qvæ
ſtione 61. monſtrant. iisqve tormentis accuſ
tus ea fateri cogebatur, qvæ inqviſitores vol
bant, ipſumq; percunctabantur.

34. Pœnæ autem damnatorum generales, j
xta qvinti ſexti & ſeptimi decretalium leges
hæreticis inter alias erant, excommunicatio, i
famia, omniumq; & bonorum & honorum
officiorum & beneficiorum amisſio, ab omni
humano ſolatio & commercio abſoluta & ſim
plex excluſio: item honeſtæ poſt mortem ſep
turæ privatio. Item juxta caput Qvicunq; ſex
decretalium libro qvinto de hæreticis, & cap
Urgentis qvinti decretalium de hæreticis, liber
rum in ſecundam usq; generationem, tum exh
redatio, tum ab omnibus honoribus officiis
beneficiis excluſio: niſi ſi parentum aut avoru
accuſatores conſtituerent ſemet. Unde factum e

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ne parentes qvidem cum liberis, & liberi cum
rentibus confidenter colloqvi auderent. Cujus
iam hoc eſt veſtigium qvoddam, qvod *Jordanus*,
neralis qvidam Dominicanorum, ſæculo decimo-
tio vivens, referente Leandro Alberto in vita
usdem. apud Surium die 13 Februarii, a ſcho-
ſtico qvodam ſit rogatus, qvid cauſæ eſſet, *qvod*
qvo Prædicatorum & Minorum ordines, per orbem
currere cœperant, non ſic læte & alacriter ut antea,
mines, viſi ſint converſari. Sic ille. Qvi autem
reſeos damnabantur, illi ſimul curiæ ſæculari
debantur necandi. Et ordinaria eorum pœna
nt, ut vivi comburerentur. Reliqvorum autem
ii hæreſin tandem confitentes, rejiciebant abju-
antq; eam, ideoq; vivere permittebantur, præter
nerales ante dictas, hæ qvoq; ſpeciales erant
næ. Ut in fœtido & ſqvalido carcere, aut
go tempore, aut perpetuo concluderentur: ut
am inſignioribus in feſtis, aut per totius qvo-
vitæ tempus, veſtem extremam & omnibus
nſpicuam, cruce diverſi coloris inſignitam
blicitus geſtarent: eademq; veſte induti, in
mpli illo loco, qvà omnibus erat transeun-
m, certis ſtarent temporibus, ab omnibus in
veſte ſpectandi: qvò tanqvam præcipui pecca-
es, omnibus eſſent noti cæterisq; cunctis ter-
: aliæq; plures ejuſcemodi intolerandæ vexa-
nes. De qvibus plura *Concilium Narbonenſe*
nni 1235. canone I. *Archiepiſcopi Narbonenſis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

conſilium, Inqviſitoribus datum capite 26. qvod
Labbæi Conciliorum tomo 10. parte 1. exſt
Bzovius ad annum 1478. numero 14. *Eimer*
in Directorio Inqviſitorum, parte 3. pagina 4
502. & 506. nec non *Limborchius* in Hiſto
Inqviſitionis libri 1. capite 24. & libri qvarti
pite 32. qvi etiam libri tertii capite 2. generali
de hæreticorum ſuppliciis, poſt ortum inqviſi
rum uſurpatis ait, ne excogitari qvidem poſſe
nus pœnæ, qvod in eos non ſit conſtitutum,
tiusq; agi ſueviſſe cum latronibus, proditori
ac perduellibus humani generis hoſtibus, qv
cum illis. Qvæ cum ita eſſent, tantaq;
qviſitionis aſperitas exiſteret, *Edmundus Rich*
us in Apologia pro Johanne Gerſonio, ſede
tea nominata, inqviſitionem ait, omni huma
tati fuiſſe contrariam. Et *Diarium Eruditor*
Pariſienſium anno 1687. die 8. Decembris,
iam innocentibus fuiſſe formidabilem. Atq; E
vius ad annum 1478, inqviſitione nihil præ
hominibus, toto Chriſtiano orbe formidabili
exſtitiſſe: nec non qvidam apud *Ludovicum a Pa*
mo, de origine Inqviſitionis libro 3. pagina 5
tantam, ex ea ſuccreviſſe animarum obſtinationem
ubiq; terrarum, ob inqviſitorum tyrannidem, homin
innumeræ myriades, mori potius qvam ſe legibus C
ſti dedere ſtatuerint Sic illi. Atq; hinc etia
non paucis, hoc inqviſitionis tempore, hono
mors multo tolerabilior eſt viſa, qvam ejusm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

inqviſitoribus mala eorumq; metus, feliceſq;
dicabantur, qvibus per honeſtam mortem, in-
iſitorum manus terroresqve effugere licebat. Et
nunc etiam, in hoc reſpicitur tubicinio, cum A-
c. 9. v. 6. ſuper eo monſtratur, homines mul-
do ob locuſtarum harunce terrorem, mortem
neſtam eſſe expetituros, qvam non invenient
men.

§ 35. a. Tandem qvod ad qvinq; propheticos
inet menſes, qvibus poteſtas cruciandi & tor-
endi homines, locuſtis hiſce dicitur data: men-
illi intelligendi ſunt de tempore, qvo tormen-
hujus paroxyſmus & ſumma poteſtas, nec non
vitas, a mendicantibus exercebatur monachis.
in textu Græco, ea poteſtas ἐξουσία vocatur;
jus vocis inter alias ſignificationes, eſt qvoq;
ma, regnans, libere ſe ut libet exercens, &
nimpedita poteſtas, veluti in verbis Marc. 1.
7. καθ' ἐξουσίαν imperat immundis ſpiritibus.
c. 12. v. 5. qvi habet ἐξουσίαν conjiciendi in
ernum. Rom. 9. v. 21. Nonne figulus habet
σίαν. Et Apoc. 17. v. 12. & 13. ἐξουσία &
σιλεία unum idemq; ſunt. Atq; ea etiam qvæ
leſta & gravia ſunt, tunc præcipue prævalere
qvaſi ἐξουσίαν habere dicuntur, cum maxime
eſtant & ſuas vires poteſtatemq; qvam vehe-
ntisſime acerbisſimeq; exercent. Qvomodo
mam diluvii aqvæ Geneſ. 7. v. 21. centum qvin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

qvaginta diebus, terræ prævaluiſſe, vel ſuper ipſi
invaluiſſe dicuntur; etiamſi poſt illos centum
qvinqvaginta dies, graves qvoq; ei fuerint. Ideo
q; etiam poſt 150 dies, minui & deficere du
taxat cœpiſſe oſtenduntur. Neqve etiam, hæc
mendicantium monachorum ſumma poteſt
aſperitasq;, ultra ejusmodi menſes qvinq; pr
pheticos, qvos apocalypſis memorat, in hiſt
riis legitur producta. Idq; ſive menſes illi qvin
rotundi, ſive exacti & accurati intelligantur
Nam ſi exacte qvinq; menſes intelligantur, h
eſt anni vulgares centum & qvinqvaginta, qva
doqvidem unusqvisqve menſis prophetic
triginta vulgares complectitur annos: initio ipſ
rum poſito in eo tempore, qvo monachi me
dicantes & eorum perverſitas, jam notior fa
erat, nempe anno æræ Chriſtianæ circiter 122
finis horum qvinq; menſium, incidit in annu
æræ Chriſtianæ 1371. Et in eundem qvoq; a
num incidit, ſi acceptis rotunde menſibus illi
nempe pro qvinq; menſibus & dimidio: id
annis vulgaribus centum ſexaginta qvinq;
rum initium in eo ponatur tempore, qvo m
dicantes monachi ſua acerbitate & tyrann
mortalibus graves eſſe, potentiaq; creſcere cœ
runt, hoc eſt, ut in Schediaſmate tertio apo
lyptico, ad vocem Annus, eſt monſtratum, a
Chriſtianæ anno 1206. Nam ſic qvoq; finis
rum cadit in annum 1371. Atq; rotundatio

non eſt abſurda aut inconveniens: qvando-
idem in hiſtoria & humana & divina, integri
tantum memorantur numeri, & qvæ pars
ius integri adhæret, aliunde relinqvitur cog-
ſcenda: atq; prioris qvoq; Regum ſexto, verſu
.. ſeptem duntaxat annis, Salomon templum
ificaſſe legitur, cum octavi qvoq anni pars cir-
ter dimidia, uti hiſtoria docet, ædificationi illi
impenſa. Et in vita humana ſimilis rotundati-
iis, qvotidiana occurrunt exempla.

385. b. Maneat ergo, illos qvinq; menſes, ſive
unde ſive exacte capiantur, æræ Chriſtianæ
circiter 1371. finiri Et tunc qvoq; mendi-
ntium mon chorum, ſumma in mortales acer-
as poteſtasq; ita cœpit infringi, ut ad tantam
am late, perq; tam multas regiones & regna
entem potentiam, haud deinceps aſſurrexe-
unqvam. Eô enim tempore, Wiclefiſtici mo-
ſunt exorti, per qvos illud eſt effectum. Qvip-
motus illi non exorti ſunt, ante finitam Wi-
ii controverſiam, cum qvibusdam monachis,
ræfectura collegii Cantuarienſis, in Academia
nienſi: qvippe in qvâ cauſâ, cœpta anno
7, Wiclefus, cum injuria ipſi fieret, ad Pa-
n Urbanum qvintum appellaverat, ejusq; ju-
o ſe ſubmiſerat: uti Henricus *Wartonus* in
endice ad Cavi hiſtoriam literariam refert.
tiam controverſia ad Theologiam, & res ſa-
non pertinebat: qvippe in ea id duntaxat di-

ſputabatur, an Wiclefus, a fundatore Archi
piſcopo Simone Islepo conſtitutus, & a nonnulli
ſæcularibus collegii ſociis electus, poſſet illic eſſe
præfectus, qvandoqvidem nonnulli qvoq; ejus
dem collegii ſocii eſſent monachi, & ipſe W
clefus ſæcularis eſſet: veluti partim idem *Warto*
nus, partim *Antonius Woodus* in Hiſtoria A
tiqvitatis Oxonienſis libro 1. ad annum 1365
referunt. Qvi etiam *Woodus* addit, Wiclefum, ſuſ
ctis de hæreſi opinionib⁹ necdum fuiſſe addictum
Finita autem hæc controverſia eſt anno 137
ut prædictus Wartonus perhibet, papa pro mo
nachis contra Wiclefum & fundationem, ſente
tiam pronunciante. Et mox anno ſeqvente 137
Wiclefi contra Papatum turbæ eruperunt. Ita
Gabriel Bucelinus in Nucleo hiſtoriarum parte 1.
eundem 1371 annum, dicit ejus temporis R
gem Angliæ, (qvi erat Edvardus tertius) con
nova Wiclefiſtarum dogmata, remisſius tunc
giſſe. Et *Caxtonus* Angliæ hiſtoricus, citatus
Balæo in Scriptorum Britannicorum Centu
ſexta numero 1. dicendo Edvardum tertium,
parlamento ejus anni adverſatum eſſe clero, ca
ſam ejus memoraturus addit. *Hæreticorum* (W
clefum & ejus diſcipulos intelligit) *voces liben*
rex audivit, cum qvibusdam e ſuo conſilio, & ſu
ſtras opiniones erga clerum ſeqvebatur. Et mox
qvente anno 1372. regem eundem ad Papam

ſol

ipſiſſe, ne amplius in ſuo regno uſurpet, ſuper
ſervationibus, & beneficiorum diſtributioni-
s, & ut ſui epiſcopi, deinceps libertate priſti-
gaudeant, a ſuisq; ut olim, confirmentur
etropolitanis. Eodemq; anno 1372. prout
ſtus *Anton. Woodus* in prædicta hiſtoria anti-
itatis libro 2, in Faſtis ad annum eundem nar-
, Cancellarius Academiæ Reppington, Wi-
fi & ejus ſectatorum dogma ſcriptis impugna-
t. Annus ergo 1371. initium omnino erat tur-
rum. Ideoq; ad eum annum *Bzovius* numero
Hoc, inqvit, *tempore in Anglia, cœpit Joh. Wi-*
, certa & immanis totius catholicæ religionis peſtis
quæ ſemel adulta, nunqvam poſtea obrui potuit.
ille. Atq; *Joh. Foxus* Martyrologii parte 2. pa-
2. *Ex iis*, inqvit, *qui rerum ſeriem ac tempo-*
obſervarunt, conſtat effloruiſſe Wiclefum circa an-
n 1371. principante apud nos Edvardo tertio. Hæc
us. Eundem qvoq; annum memorat *Jacobus*
donus, cum in Chronologia de initio harum
barum agit. Conſtat ergo, Wicleſiſticas con-
Papatum turbas, anno 1371. incœpiſſe.

6. Eæ vero turbæ, Papatui, uti conſtat, le-
lle inflixere vulnus: cleriq; & Paparum aucto-
m, cui mendicantium poteſtas innitebatur,
qvam debilitavere: & utramq; ita multis in
is regnisq; , attriverunt, ut priſtinum & tam
perq; tot regna regionesq; ſemet extenden-
, nunqvam amplius conſeqvi potuerunt vigo-

 rem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

rem. Et in Anglia, Papæ & cleri mendicantium
monachorum auctoritas, protinus eſt d
bilitata: annoq; 1376. eo erat ventum, ſicut pro
dictus Wodus libro 2. in Faſtis refert, ut adv
nientem Papalem de Wicleſo comprehend
bullam, Academiæ Oxonienſis procuratores r
jicerent, indignisq;, ceu loqvitur, tractarent mo
dis. Atq; aliæ qvoq; gentes, Wicleſiſticis in A
glia, ut apparet, excitatæ motibus, circa hæ
tempora, Paparum, & ſanctionum ab illis pr
mendicantibus monachis, inqviſitione, ó
aliis ejusmodi rebus, factarum auctoritatem a
modum concutere cœperunt. Ideo *Raimund*
Capuanus, eo tempore vivens, apud Bzovium a
no 1375. numero 26. eſt conqveſtus, Chriſt
anos omnem devotionem & reverentiam erg
ſedem apoſtolicam perdidiſſe, neqve ejus anath
mata ullius æſtimare. Multi qvoq; in German
duces, comites, barones, ut & civitates, M
guntia, Magdeburgum, Colonia, hoc tempor
ut idem Bzovius anno 1377. num. 26. docet, l
ges contra clerum ejusq; excommunication
condiderunt. Et Petrus rex Arragonum, ibide
numero 30 Eimericum inqviſitorem, ex ſuo e
pulit regno. Italiæ qvoq; civitates, communit
tesq; illæ, qvæ Papis ſuberant, apud eunde
anno 1371. numero 17 conſpirationem fecerun
&, in ſignum rebellionis adverſus Papas, ante u
bium ſuarum valvas, clypeum depinxerunt, ei

voce

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

vocem LIBERTAS inſcripſerunt. Florentini et-
iam referente eodem, ad annum 1376. num. 6,
Apoſtolicum nuncium, Nicolaum Carthuſianum
ad ipſos a Papa miſſum, forcipibus ignitis lacera-
runt, carnesq; ejus avulſas canibus projecerunt,
vivumq; & ſpirantem ſub furca ſepeliverunt: tum
& Cardinalis Florentini bona publicarunt, inqvi-
ſitoris carcerem deſtruxerunt, ejusdemq; domum
exuſſerunt: nec non diverſas in hæreticorum fa-
vorem, inqviſitionis autem in præjudicium ſan-
ctiones promulgarunt. Accedebat qvoq; anno
1378. initium ingentis illius, & pro diverſa nu-
meratione, ſecundum nonnullos qvinqvaginta,
ſecundum alias ſeptuaginta, circiter annos duran-
tis magni ſchiſmatis Papalis: qvod Papale ſchiſma
ibidem ſummam illam mendicantium monacho-
rum inqviſitorumq; poteſtatem, multis in locis ſa-
eqvam attrivit, & in nonnullis abolevit: adjutante
huc ſimul, permultorum Franciſcanorum hoſtili
cum Papis disſidio, qvod in priore ejusdem ſæculi
parte, cœptum, adhuc perſeverabat. Et qvan-
vam nonnullis in terris debilitata, cleri, Papa-
rum & monachorum mendicantium poteſtas, de-
nuo vires deinceps ſumebat, in aliis tamen non-
nullis proſtrata jacebat, maxime oriente mox, ex
Viclefi & Husſi doctrinis effecta, totius Bohe-
miæ a Papatu defectione: qvæ in toto Bohemiæ
regno, papæ mendicantiumq; poteſtatem, nec non

inqviſitionis acerbitatem evertit ſuſtulitq;. Idemq; elapſis poſtea centum annis, cum nondum Bohemicum illud Romanæ eccleſiæ percuratum eſſet vulnus, in plusqvam dimidia Europæ parte, fecit exorta tunc Reformatio: ſic ut hodieq; in majore parte Europæ, ea antiqvata ſit tyrannis, & amplius neutiqvam ibi metuatur. Hactenus de iis, qvæ in qvinto tubicinio, difficiliora viſa ſunt, reliqva autem qvæ faciliora apparent, ſponte præterimus.

37. *Sexta* periodus Chriſtiana, anno æræ chriſtianæ 1500. eſt inchoata. Ad hanc periodum major pars Apocalypſeos pertinet. Particulatim autem ex priore Apocalypſeos parte, qvæ in fine tubicinii ſeptimi terminatur, ad hanc ſextam periodum, ſpectat epiſtola ſexta, qvæq; ad Philadelphenſium angelum eſt ſcripta: nec non ſigillum ſextum, atq; tubicinium ſextum. *Sigilli ſexti* tres ſunt partes. Prima eſt Apoc. 6. de ſole denigrato & aliis illud comitantibus. *Sol* autem ille *denigratus* eſt Romanæ eccleſiæ ſol ſive Papa, qvatenus tempore Reformationis obſcuratus & denigratus eſt, dum ejus turpitudo & abominatio, per Reformationem qvam maxime eſt manifeſtata. *Luna facta ut ſangvis*, eſt eccleſia Romana, cognita tunc qvalis erat, nempe flagitiorum & impietatis ſangvine admodum turpis & fœda. *Stellæ de cœlo cadentes,* ſunt presbyteri, epiſcopi, abbates & prælati, per Reformationem in magna Euro-

[illegible] parte, ſuis officiis & auctoritate deturbati: [illegible]*cœlum recedens ut liber involutus*, ſunt Pontificio-[illegible]mum eccleſiaſticæ dignitates, & ipſa qvoq; eccle-[illegible] Romana, in proteſtantium terris, ſua auctori-[illegible]te excidens & faceſſere juſſa. *Montes & inſulæ de* [illegible]*is locis motæ*, ſunt regna & eccleſiæ ingentem [illegible]mutationem paſſæ. *Reges, megiſtanes, divites, ſer-*[illegible]*i, liberi*, qværentes ſe abdere in montibus & pe-[illegible]iis, ſunt omnis generis pontificii clerici, politi-[illegible]orum principum defenſionem, adverſus hæc ſua [illegible]ala qværentes.

38. *Altera ejus ſigilli pars*, eſt Apoc. 7. de 144. [illegible]millibus, Dei ſervis in *fronte obſignatis*. Ea obſigna-[illegible]o non eſt aliud, qvam prædicatio Evangelii, per [illegible]imos proteſtantium doctores, id faciens, ut in-[illegible]ens hominum numerus, evangelium papiſmo [illegible]contrarium publicitus profiteretur. Et *angelus a-*[illegible]*cendens ex ortu ſolis*, ſunt Proteſtantium docto-[illegible]es, qvi & Apoc. 16. v. 12. dicuntur reges ab [illegible]ortu ſolis, ſcilicet venientes: nempe qvia veni-[illegible]unt ab oriente juſtitiæ ſole Chriſto. *Sigillumq;* [illegible]*ei vivi*: qvo in fronte Dei ſervi obſignantur, eſt [illegible]erbum Dei, dictum ideo ſigillum Dei, qvod [illegible]hominibus, Dei imprimat imaginem. *In fronte* [illegible]*tatem*, hic imprimi dicitur, qvatenus publicam [illegible]eq; hic ſui impresſit profesſionem. Nam qvæ [illegible]n fronte exiſtunt, publica ſunt & omnibus ap-[illegible]arent. Qvod angelus idem ex ortu ſolis aſcen-[illegible]ens, dicatur *clamare ad qvatuor angelos*, qvi te-

neba-

nebant qvatuor ventos, ne noceant terræ &c. donec obſignentur ſervi Dei: notat proteſtantium doctores, ſuo clamore, id eſt verbi divini prædicatione paſſim ſonante, effecturos, ut ingens hominum multitudo, fruſtra id impedire conantibus pontificiis, doctrinam papiſmo adverſam, publicitus reſonet profiteaturq; Porro *qvatuor angeli, qvi tenebant* qvatuor ventos, hoc eſt curſum evangelii impediebant, impedireq; nitebantur, ſunt pontificii clerici, ad qvatuor gentium reducti ordines, nempe Italos, Hiſpanos, Gallos & Germanos. Atq; Galli, Itali, Germani & Hiſpani ita qvoq; ſiti ſunt, ut ſibi ſint juxta qvatuor ventos, id eſt qvatuor terræ cardines oppoſiti. Nam ſi Gallia, Hiſpania, Italia & Germania, cum adhærente ei Polonia, prout in chartis Geographicis ſunt depictæ, per duas decusſatim factas conjungantur committanturq; lineas: Galli ſe habent ut occidentales, ad oppoſitos ipſis e diametro Italos, tanqvam orientales: & Germani cum adhærentibus Polonis, ſe habent ut ſeptentrionales, ad oppoſitos ipſis e diametro Hiſpanos tanqvam auſtrales. *Deniq;* qvod obſignati ſive proteſtantes proponuntur, *ut duodecim tribus Iſraelis*, fit qvod hic ſpectentur, ratione vel duodecim ætatum, aliarum aliis, inde a reformatione usq; ſuccedentium: vel duodecim populorum, & ſicut Deut, 32. v. 8. gentium termini

juxta numerum filiorum Iſraelis dicuntur poſiti ; vel deniq; ratione certarum proprietatum: & qvod eæ ſive ætates, ſive gentes, ſive proprietates, habeant aliqvod ſimile illis, qvæ Scriptura duodecim Iſraelis filiis, aut eorum poſteris attribuit. *Tertia* & ultima pars ejusdem ſigilli Apoc. 7. v. 9. & ſeqventibus, turbam innumerabilem ex omnibus gentibus repræſentans: neqvaqvam, qvod nonnulli exiſtimarunt, triumphans eſt eccleſia. Nam id Apocalypſeos chronotaxis neutiqvam permittit. Et multo rectius ab *Heuniſchio*, in Antichiliaſmi parte 1. pag 96. & maxime parte 2. pag. 66. 90. & 91. de eccleſia proteſtantium, à tyrannide papiſmi in toto occidente liberata explicatur, exponiturq;. Ipſummet, qvi omnino de eo legi meretur, vide ſi placet.

39. *Tubicinii ſexti* itidem tres ſunt partes. *Prima* eſt de qvatuor angelis ad Euphratem ligatis, Apoc. 9. v. 13 & ſeqventibus. Illi qvatuor angeli; ſunt fere iidem atq; qvatuor angeli ſigilli ſexti: qvippe ſunt pontificii clerici, ad qvatuor populorum ordines, nempe Italos, Hiſpanos, Gallos & Germanos reducti. Hoc tamen inter utrosqve intercedit diſcrimen: qvod ſigilli ſexti qvatuor angeli, ſint pontificiorum clericorum generaliter dictorum, qvatuor gentes ordinesq;, & prout eos etiam comprehendunt, qvi ante Jeſuitas exortos exſtitere: tubicinii autem hujuſce ſexti qvatuor angeli, ſint ad qvatuor gentes reducti, cleri-

ci

ci pontificii Jeſuitiſati, vel Jeſuitæ & Jeſuitarum
artes, ductum aut caſtra ſeqventes. Ligati dicun-
tur, qvatenus ad certum tempus prohibiti ſun
impedire progreſſum evangelii. Ad Euphraten
dicuntur ligati, qvia intra Romanam eccleſiam
cujus ſymbolum eſt Euphrates, Babylonis fluviu
interea rejecti, & qvaſi ligati, curſum evangelii
Proteſtantium in terris; dum id tempus durabat
cum notabili aliqvo & majoris momenti ſucceſſ
progreſſuq;, qvod moliebantur, impedire non po
erant. Solvuntur autem hi angeli, circa annum
æræ chriſtianæ 1598. vel 1599. Nam tunc d
mum cæpit eis eorum conatus ſuccedere, & r
proteſtantium, anguſtiores ſenſim fieri, innum
riq; eorundem, Babylonicæ meretrici ſemet d
nuo ſubjicere. De qvo gloriantes ideo Papiſtæ, i
Conſilio ſcripto Romæ anno 1598, qvod eſt i
Imperialibus Goldaſti pagina 1140. *In declinati*
ne, ajunt, *nunc eſt Lutheraniſmus*. Item, *Exſtirpati*
hæreticæ peſtis --- hoc tempore facillima eſt. Idem
q; reſpiciens Jeſuita *Adamus Contzenius*, in dedic
tione, Coronidis jubilorum, elapſis inde vigi
ti annis ſcriptæ, *Ceſſavit*, ait, *impetus diſſidentiu*
a nobis, redire jam magno numero cæperunt. Plu
ſuper eodem in Schediaſmate ultimo numero
Qvod hi angeli, in horam, diem, menſem
annum dicuntur parati, illud in Schediaſma
tertio, ad vocem annus explicatum vide. N
merus exercituum, qvos hi angeli habere dicu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

nempe duæ myriades myriadum, id eſt du-
milliones, oſtendit hos qvatuor angelos,
tempore & aliqvot ætatum ſpatio, prote-
ntium eccleſiam infeſtaturos. Unius enim nec
ſtri nec decennii, ſunt tot myriadum myriades.
hiſtoria docet, jam inde ab initio hujus decimi
timi ſæculi, per nonaginta ad minimum an-
os, hunc eorum adverſus evangelii doctrinam
raſſe furorem. Ad duas myriades myriadum
revocari videntur, qvod eorum duplex ſit
riodus, una ante pacem Oſnabrugenſem, & al-
poſt eandem pacem. Inter ea qvibus ma-
ne nocere dicuntur, ex eorumq; ore prodeunt:
eſt ignis bellorum & diſſidiorum, qvæ ſuo
excitant & verbis. *Fumus* autem eſt mendaci-
orum & æqvivocationum ex ore prodeuntium fu-
tus. *Sulphur* deniq; eſt fœtens, ſicut ſulphur fæ-
licentia vitiorum & ſcelerum, qvæ ex eo-
m peſſima Caſuiſtica & doctrina morali, fere
icqvid eſt illicitum, reddente licitum, prodiit
itq;. Qvod eqvorum, & in iis ſedentium tho-
ces, dicuntur ignei, hyacinthini & ſulphurei,
tat eos, prædicto igne, fumo & ſulphure, ſe-
t qvoq; defenſuros eſſe. Nam hyacinthini idem
qvod fumei: fumus enim hyacinthini ſive
rulei eſt coloris. Ignis ergo & fumus ſulphur-
tam arma hic ſunt qvam tela.

440. *Secunda* tubicinii ſexti pars eſt Apoc. 10.
poſita hiſtoria vel prophetia angeli nube te-

cti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

cti, & tradentis Johanni librum apertum: de
jus hiſtoriæ & prophetiæ ſenſu deinceps num
97. eſt actum. *Tertia* & ultima pars ejusdem tu
bicinii, eſt hiſtoria duorum teſtium: qvorum
deſcriptio & prophetia, ad hanc periodum & qva
tuor proxime præcedentes, ex æqvo pertinet, eju
q; deſcriptionis potiora negotia, in Apocalypti
ſchediaſmatis ſecundi auctario, ſunt explicata
interfectio autem eorundem & reſuſcitatio, a
hanc ſolam pertinent periodum, & deinceps i
periodo ultima antichriſtiana num. 94. 95
97. deinceps ſunt expoſita.

41. Ex Apocalypſeos parte poſteriori,
hanc ſextam periodum chriſtianam pertine
Primo totum caput decimumqvartum: cujus
iam tres ſunt partes. *Prima* eſt, hiſtoria canen
um canticum novum, & exiſtentium cum ag
in monte Sionis: qvæ eſt vere credentium in
proteſtantes deſcriptio. In monte Sionis eſſe
cuntur: qvia in eccleſia Chriſtiana ſunt. Na
eccleſia Chriſtiana, dicitur qvoq; mons Sion
veluti Pſalmo 2. v. 6. & Heb. 12. v. 22. Canta
canticum novum, qvia ſincerum Chriſti pr
tentur evangelium, qvod in occidente ante Re
mationem, antiqvatum qvaſi & abolitum erat,
nec a Proteſtantibus denuo in lucem & uſum
vocaretur. Coram throno, qvatuor anima
bus & presbyteris hoc canunt, qvia id volun
ti & præſcripto Dei conformiter profitentur:

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſob doctrinæ illi conformiter, qvam omnium tem-
porum ſancti de fidei tenuerunt tradideruntq; ar-
ticulis. De qvo vide dicta ſchediaſmatis ſexti nu-
mero 5. Cantare id dicuntur, ſiqvidem qvæ de-
lectabilia ſunt & ſæpe proponuntur, figurate cant
annuuntur. Nomen Dei ſcriptum in frontibus ha-
bere dicuntur: ſiqvidem verbum Dei Papiſmo
contrarium palam profitentur. Nam verbum Dei
appellatur qvoq; nomen Dei, ut Pſ. 102. Narrabi-
tur nomen tuum in Sione, & Cant. 1. Oleum ef-
fuſum eſt nomen tuum. Virgines & mulieribus
non polluti dicuntur, ſiqvidem a mundo ejusq;
erroribus cupiditatibusq; immaculatos ſemet ſer-
vant: qvale genus hominum, poſteriore etiam
ad Corinthios capite XI v. 4. caſtæ virgines ap-
pellantur. Seqvuntur agnum qvocunq; ierit, ſiqvi-
dem & in fugiendis, & in faciendis, Chriſti in
Scripturis ſeqvuntur doctrinam. In ore deniq; eo-
rum, non eſt dolus. qvia ſimplicitati ſtudent,
& qvæ ſcriptura ſacra repræſentat, ſimpliciter
credere nituntur: neq; ad placitum Papæ & Ro-
manæ eccleſiæ ea detorqvent. *Secunda* pars ejus-
dem capitis eſt hiſtoria trium angelorum: qvo-
rum *primus* annuncians æternum evangelium, ſunt
primi Proteſtantium doctores, papatus errores
in gentium. Dicitur hic angelus volare in cœlo,
qvia celerrime eorum doctrina, Europam per-
vaſit. De qva celeritate vide, qvæ dicta ſunt dein-
numero 79. *Secundus* angelus & qvi trium-

 phum

phum canit de ruente Babylone, ſunt docto
Proteſtantium, qvi poſt primam Romanæ ecc
ſiæ, in dimidia circiter occidentis parte ruina
docuerunt: nempe poſtqvam religionis proteſta
tis profeſſio, paſſim in regnis non modo libe
facta erat, ſed & publicis legibus confirmata.
ter qvas leges in Germania, eſt factus anno 155
tractatus Paſſavienſis, in Gallia edictum Janua
anno 1562. apud Thuanum libro 29. in Brita
nia, varia reginæ Eliſabethæ decreta: & in a
regionibus regnisq; alia. *Tertius* & ultimus ii
dem angelus, & qvi eos de vino iræ divinæ di
bibituros, qvi adorant beſtiam & imaginem ej
ſunt Proteſtantium illi doctores, qvi poſtqv
papatus rurſus augeri cæpit, innumeriq; Pro
ſtantes ad apoſtaſian à vera religione, denuo
licitari abduciq;, nempe poſt annum 1598. c
tra eam defectionem & apoſtaſian docueru
& ad conſtantiam, vera in doctrina homi
ſunt adhortati *Tertia* & ultima in eodem ca
14. pars, eſt hiſtoria meſſis & vindemiæ: ex
bus hiſtoria meſſis, pertinet ad reformationis
tia atq; progreſſum, adeoq; priorem Babylo
Romanæ ruinam, hiſtoria autem vindemia
poſteriorem ejusdem Babylonis ruinam exo
umq; ſpectat.,

42. *Deinde* ex eadem Apocalypſeos parte
ſteriore, ad periodum hanc ſextam, perti
capitis decimi qvinti verſus qvinq; priores, qv

…erius explicantes hiſtoriam canentium canti-
…novum, qvæ Apoc. 14. eſt propoſita. Ma-
… vitreum apud qvod vel ſuper qvoſtant, eſt
…ptura ſacra: de qvo vide qvæ Schediaſmate 4.
… 10. & 11. ſuper illo ſunt dicta. Moſis &
… canticum canere dicuntur: qvia & legem &
…ngelium reſonant profitenturq;. *Tertio* illuc
…tinet totum caput decimum octavum. Nam
…gelus deſcendens de cœlo, & cujus gloriâ il-
…trata eſt terra, ſunt primi Proteſtantium docto-
… verbo & ſcriptis oſtendentes, Romanam ec-
…ſiam prorſus defeciſſe a Deo, ideoq; deſeren-
… eſſe. Et reliqva ejus capitis, oſtendunt, Ba-
…onis Romanæ ruinam, qvæ eam prædicatio-
… partim conſecuta eſt, partim adhuc conſe-
…tur, id eſt Babylonis ejusdem ruinam, partim
…orem, partim poſteriorem. *Qvartò* illuc per-
…t totum caput 19. cujus duæ partes. In prima
… triumphus de ruina Babylonis perfecta & con-
…mata: in ſecunda ultimum bellum Chriſti
…erſus antichriſtum: cujus belli finis & eventus
…: ut beſtia & pſeudopropheta, nempe Papa
… ejus clerus in ſtagnum ignis conjician-
… vivi. De qvo plura deinceps numero.
… *Qvintò* illuc pertinet caput vigeſimum.
… angelus de cœlo deſcendens, & Satanam li-
…s, ſunt proteſtantium doctores a Reformatio-
… deinceps, Satanæ papiſticam doctrinam li-
…tes. Qvi autem reviviſcunt & regnant mille

F 2 annis,

annis, ſunt necatorum a Papiſtis, ante reform-
tionem doctrina reviviſcens, & in Europa poſt r
formationis initium, mille annis menſtruis ſ
periores tenens partes: atq; una cum eadem d
ctrina exorientes, qvi eandem profitebantur, ſt
ctiq; ſunt antea necatorum, in eadem cont
papatum doctrina tradenda, ſucceſſores. Go
autem & Magog, eſt Romana eccleſia clerica
laica, poſt annum 1598, Proteſtantes
ad defectionem à vera doctrina & religione,
ſuſcipiendam denuo papiſticam ſeducens. De q
vide ultimum Apocalypticum ſchediaſma. D
niq; huc pertinet phiala ſeptima, de qva deince
antichriſtianas inter periodos, ſua ſede loco
Hæc potiora ſunt, qvæ in Apocalypſi ad ſext
Chriſtianam pertinent periodum.

43. *Septima* periodus chriſtiana incipit anno
æræ chriſtianæ 1794. Ad hanc ſeptimam per
dum pertinet epiſtola ſeptima, ſigillum ſe
timum & tubicinium ſeptimum. Hactenus
periodis Chriſtianis: nunc

De periodis antichriſtianis.

44. Periodi antichriſtianæ ipſæmet, &
appendice ſpectatæ, complectuntur 1260.
propheticos. Hi antichriſti dies intelligunt
cum mulier ſole veſtita Apoc. 12. v. 6. die
1260. dicitur in eremo nutrienda: & cum
teſtes Apoc. 11. v. 3. coram Deo terræ ſtantes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

1260. ſaccati dicuntur eſſe vaticinaturi. Alias
llucuntur ad menſes propheticos qvadraginta
: veluti cum Apoc. 11. v. 2. gentes menſi-
s qvadraginta duobus, ſanctam civitatem cal-
uræ dicuntur: & cum Apoc 13. v. 5. & 7.
ia menſibus totidem affirmatur, bellum eſſe
tura cum ſanctis & ſuperatura ipſos. Inde au-
conſtat hos antichriſti dies, ad 42 reduci
nſes; qvod non modo Theologi & veteres
recentiores conſentiant, illos 42, menſes, idem
mplecti temporis ſpatium, atq; iidem dies 1260:
& calculus, alteros alteris convenire atq;
drare doceat Nam aſſignatis cuilibet menſi,
bus propheticis trig nta (qvot dies vulgarium
menſium cuilibet, plurimæ gentes olim
ribuere: veluti *Petavius* in auctario operis de
pore libro 4. cap. 11. refert) & multiplica-
30. per 42, idem 1260. dierum prophetico-
n prodit numerus. Iidem 1260. dies Dan. 7.
5. cap. 12. v. 17. & Apoc. 12. v. 14. revo-
tur qvoq;, ad tempus tempora & dimidium
poris: id eſt ad unum tempus, duo tempora
dimidium temporis. Nam nomen *tempus*,
llam aliam notam numeralem, qvam ſin-
aris numeri admittit: qvippe repræſentatur,
oppoſitum dimidiato tempori: atq; integrum
idio oppoſitum, eſt unum duntaxat integrum
n plura. Veluti ſi dixeris, annus & dimidi-
anni, in anni tanqvam integri mentione,

 unus

unus certo intelligitur annus, non plures. No
tempora, qvæ memorantur, plura poſſunt e
qvam duo: ſiqvidem tempus tempora & dim
dium temporis, proportionalia ſunt ſpatia, pr
potionalibus conſtantia numeris. Nullus aut
proportionalis numerus, eſt ad unum nem
tempus, & ſemiſſem ſcilicet temporis, præt
qvam duo. Sicut enim unum & nullus alius n
merus, duplum eſt ſemisſis, ſic duo & nullus ali
numerus, duplum eſt unius. Atq; conſentiunt qv
q; interpretes, qvà veteres qvà recentiores, tam te
pus hic intelligi unũ, & tempora intelligi duo: qv
etiam tempus, tempora & dimidium temporis,
eandem incidere ætatem atq; prædicti 1260. dib

45. Cauſa autem, qvare dies illi 1260, re
centur ad tempus, tempora & dimidium tempo
vel qvod idem eſt, ad unum tempus, duo temp
& dimidiatum tempus, hæcce eſt: qvod tem
tempora & dimidium temporis, diſpeſcant d
illos 1260, in tres periodos. qvarum periodor
prima, ſive unius temporis, eſt dierum proph
corum 360. ſecunda autem ſive duorum tem
rum; eſt dierum propheticorum 720. & te
ſive dimidiati temporis, eſt dierum propheti
rum 180. Atq; tot dierum propheticorum, qp
nominati ſunt, eſſe qvamlibet ex his periodis,
de colligitur: qvod unum tempus, duo tem
ra & dimidiatum tempus, ſint ſeptem dimidi
tempora. Qvare ſi dies 1260, qvod eſt totu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

iſeris per ſeptem, pro uno dimidiato tempore,
unt dies prophetici 180. Et propterea unum
egrum tempus, ſive duo dimidiata, ſunt ejusdem
meri duplum, nempe dies prophetici 360. atq;
o tandem integra tempora, vel qvod idem eſt,
atuor dimidiata tempora, ſunt rurſus hujus nu-
ri duplum, nempe dies prophetici 720. Eam
m ſupputationem veram eſſe, id qvoq; docet;
od ſumma ex 180, 360 & 720 conflata, eos-
m 1260. propheticos reddat dies.

a. Iidem 1260. antichriſtianæ ætatis dies, non
nt, qvod nonnulli cenſuerunt, numeri indefi-
ii. Indefiniti enim numeri per millenarios,
ntenarios & decades ſimul conjunctos exprimi
n ſolent. Expoſitio qvoq; eorundem 1260. die-
m per 42. menſes: nec non per unum tempus, duo
mpora & dimidium temporis, indefinitum
merum haud eſſe docet. Duo enim & qvadragin-
menſes, certus & definitus ſunt numerus: ſicut
unum tempus, duo tempora & dimidium
mporis. Neq; per tam varias partes & ſpecies,
ertus & indefinitus, diſpertiri & exponi ſolet
merus. Et ſemisſis qvoq; commemoratio idem
firmat: ſemisſis enim indefinito in numero,
o haberi non ſolet. Recte itaq; *Suaretzius*,
mo ſecundo in tertiam Thomæ, diſput. 54.
nqvam, inqvit, *per hujusmodi tam varios numeros,*
t in ſcriptura ſacra ſignificari, indefinite aliqvis nu-
rus: præſertim cum non ſolum numeri perfecti, ſed

etiam imperfecti adduntur. Sic ille. Et communium
qvoq; tam Proteſtantium qvam Pontificioru
ſententia eſt, certum & definitum hunc eſſe nu-
merum, ſive vere 1260. eſſe hos dies

46. b. Neq; tamen vulgares 1260 dies exiſtu
Si enim vulgares 1260. eſſent dies, utiq; an
chriſti hujus magni, eccleſiam, & ejus jura ca
cantis, cum ſucceſſuq; contra ſanctos pugnant
ætas hæcce, vulgares annos non plusqvam tri
integros & ſemiſſem, adeoq; ne qvadrienniu
qvidem totum conſtitueret. Hanc autem ann
chriſti ætatem, tam parvum conſtituere & com
plecti tempus, eſt omnino falſum Nam antich
ſti acta, qvibus eccleſiæ jura calcat, ſanctosq
oppugnat: negotiaq; ei coætanea: qvibus cu
ctis proponendis, Johannes Apocalypſeos plu
qvam undecim capita, adeoq; dimidiam cir
ter operis impendit partem, omnino plusqva
qvadriennii comprehendunt hiſtoriam: ex ii
conſtant, qvæ intra qvatuor duntaxat vulga
neutiqvam fiunt annos. Veluti inter alia hæ
qvæ ſeqvuntur. Apoc. 13 v. 7 & 8. beſtiæ dat
eſſe poteſtatem ſuper omnes gentes, omnesq;
terra habitantes adoraſſe ipſam. Apoc. 16. ca
te, ſeptem iræ divinæ phialas, qvarum qvæli
ſuum omnino tempus habet, & periodum,
beſtiæ addictos, aut beſtiæ tempore exiſtentes e
effuſas. Apoc. 17. v. 17. reges terræ dare regnu
ſuum beſtiæ, donec verba Dei conſummentu

bi idem v. 5, 6. & 18. Babylonem id eſt beſtiæ
ætaneam eiq; adhærentem ſocietatem, regnum
bere in reges terræ: matrem eſſe ſcortationum
pq; abominationum in terra; factamq; eſſe ebri-
m, ſangvine ſanctorum & Jeſu teſtium. Apoc. 18.
3. 15. 23. & 24 In Babylone eadem, prophe-
rum, ſanctorum & omnium in terra mactato-
m inveniri ſangvinem: nec non mercatores
us principes terræ, divites factos eſſe ejus diu
ercita mercatura & protervia: tum & omnes
ntes, ejus veneficiis ſive philtris in errorem eſſe
ductas. Apoc. 20. Antichriſtum ejusq; cohor-
m & ante & poſt millennium apocalypticum,
feſtare eccleſiam: ante qvidem, qvia verſu 4. re-
rgentes ad hoc millennium, ſunt qvoq; interfecti
teſtimonium Jeſu & non adoratam beſtiam:
oſt millennium autem idem, qvia eô exactô
og & Magog verſu 8. & 9. oppugnant caſtra
nctorum. Nam ſicuti Schediaſmate 12, nume-
10. eſt probatum, Gog & Magog ejusdem an-
chriſti ſunt caterva. Hæc autem aliaq; ejusmodi
ura, nullo modo paucorum duntaxat annorum,
d ſæculorum potius ſunt negotia: ſic ut mere
vadriennio ea comprehendere velle, idem foret
ingens qvaſi ſtagnum vel etiam oceanum cy-
ho capere velle. Ideoq; ipſis qvoq; ex pontifi-
is nonnulli fuere, qvi ſuſpectum duxerunt, an-
chriſtum ejusve cohortem, tam parvo trium
norum & ſemisſis ſpatio: ſive intra qvadrien-

 nium.

nium, tanta effectui eſſe daturum. Certe *Suar*
tzius in tertiam Thomæ, diſputatione 54. *Ne*
videtur, inqvit, *admodum veriſimile antichriſtum, tam*
brevi tempore, trium annorum cum dimidio tanta eſ
fecturum. Sic ille. Et *Johannes Viterbienſis* in Glo
ſa ſuper Apocalypſin, impreſſa anno 1480 folii
B. 6. *Falſum*, ait, *eſt & impoſſibile, ut antichriſt*
--- *tribus annis & dimidio percurrat univerſum orbem*
& capiat omnia regna, etiamſi volaret. Ita Viterb
enſis. Atq; *Benedictus Pererius* in Dan. 12. libro
Commentariorum in Danielem, ideo qvoq; ai
qvamdiu antichriſtus ſimpliciter ſit regnaturu
nemini mortalium eſſe compertum. Qvibus ſim
lia nonnulla pontificiorum teſtimonia allegat e
jam *Joh. Gerhardus* in Confeſſione Catholica, ub
de antichriſti agit tempore.

47. a. Præterea antichriſtus ille magnus, de cuju
hic agitur ætate diebusq;, eſt Papa Romanus, ſiv
ſeries & ordo Paparum regnantium, & eccleſia
ejusq; jura infeſtantium conculcantiumq; : ce
Idem *Gerhardus* in dicta Confeſſione Catholica
Hulſemannus in Extenſione Breviarii & Prælectio
nibus in Formulam concordiæ, *Danhaverus* in An
tichriſtoſophia, & alii innumeri Proteſtantiu
doctores, accurate probarunt demonſtraruntq
Jam vero Papas qvadriennio tantum ita regnaſſ
qvadriennio tantum eccleſiam ita oppugnaſſe
ejusq; jura calcaſſe, ipſi qvoq; experientiæ repu
gnat. Hiſtoria enim docet, ipſos potius mul

per ſæcula ſic regnaſſe, ſic eccleſiam perſecu-
es eſſe, ejusq; jura, qvantum in ipſis erat protri-
ſſe. Itaq; jam ante trecentos annos *Johannes Wi-
fus*, dialogorum libro qvarto capite 32. *Videtur,*
qvit, *multis qvod inter omnes patientias, qvas Chri-
us habet de injuriis viatorum, hæc eſt una de maxi-
s, qvod permittit antichriſtum tamdiu regnare &
populum tantum ſeducere.* Sic ille. Et hoc tempore,
in qvo nunc vivimus, certum eſt, Papalem, in ec-
cleſiam & credentes tyrannidem, ultra mille du-
raſſe annos. Unde manifeſto & evidenter conſe-
qvitur, antichriſti dies 1260, nullo modô eſſe di-
es vulgares 1260.

47. b. Cum itaq; hi antichriſti 1260 dies, vul-
gares & proprie dicti non ſint dies, alios neceſſe
eſt eſſe, in Scripturis uſitatos dies: ex qvibus ſoli
illi huc qvadrant, qvorum qvisq; valet annum,
ut 1260. dies, ſunt idem qvod 1260 anni. Qvales
etiam dies occurrunt. Dan. 12. v. 12. in mentio-
ne dierum 1290. nec non dierum 1335. Item in
verbis Levit. 25 v. 8, dies ſeptem hebdomadum
annorum, erunt tibi qvadraginta novem anni. Ad
idemq; etiam genus dierum, videtur qvoq; re-
ferri, cum in Ezech. 4. v. 6. atq; Num. 14, v. 34.
annus diei ſubſtituitur, & qvot dies memoran-
tur, totidem anni fore oſtenduntur. Neq; vete-
ribus ignota fuit acceptio diei pro anno. Diem
enim in ſcripturis annum qvoq; notare, tradunt

Prima-

Primaſius, *Rupertus*,& Auctor gloſſæ ordinariæ a
Apoc. 11. juxta ac *Lyranus* in eundem locum, non
non in verba Lucæ 13. tertia die conſummo
Item *Toſtatus* in Matthæi 12. qvæſt. 93. *Abb.*
Joachimus in Apoc. 9. ad verba ut cruciaren
menſibus qvinq;, & *Nicol. Cuſanus* in Conjectu
ra de noviſſimis diebus. Eidemq; præter Prot
ſtantes plerosq; omnes, ſuffragantur qvoq; non
nulli ex pontificiis, itidem diei voce annum ſæp
ſignificari concedentes, nempe *Auctor Oneris eccl*
ſiæ capitis 17 numero XI. *Cornelius a Lapide*, *Chri*
ſtophorus Caſtrus & *Vatablus* ad Amos 4 verſum 4
nec non *Arias Montanus* & *Pagninus*, ibidem a Ca
ſtro & a Cornelio a Lapide citati: juxta ac *Ribera*
ad Apoc. 11. *Qvareſmius* in Elucidatæ terræ ſan
ctæ libro I. capite 94. *Leonh Marius* in Geneſi
os 4. numero XI. & *Nicius Erythræus*, ſive Jo
Victorius Roſcius, libro qvarto epiſtolarum ad di
verſos, epiſtola 10. Item *Alcaſar*, qvi ad Apo
11. *In arcano*, inqvit, *ſermone certum eſt, diem*
pro anno accipi freqventer ſolere. Sic ille. Tandem
dies hoſce 1260 eſſe totidem annos, inde qvo
convincitur, qvod dies tres & ſemis, qvibu
Apoc 11. interfecti jacent duo teſtes, ſint e
eodem ordine, atq; hi 1260. dies: ſunt enim eo
rundem 1260. dierum ultimi tres dies & ſemi
Illi autem interfectorum teſtium tres dies & ſe
mis, neq; ſunt vulgares dies, ſed tres anni & ſe
mis, ſicut a veteribus qvoq; exponuntur. Itaq

Ita

ertus in Apoc. 11. Annos inqvit tres & ſemiſ-
, tres dies ac dimidium hîc (auctor) appellat.
paria ad eundem locum, *Primaſius*, *Ambroſius*,
sbertus, *Lyranus*, Gloſſæ interlinearis auctor, aliiq;
inter recentiores, Proteſtantes pleriq; omnes.
Pontificiisq; Ribera. Qvare cum illi tres dies
ſemis ſint anni tres & ſemis, neceſſario ſeqvi-
, ipſos dies 1260, qvi ejusdem ſunt generis, &
tum ad illos tres dies & ſemiſſem, tanqvam eo-
ndem partem, itidem annos exiſtere, adeoq;
m eſſe qvod anni 1260. Conſtat ergo antichri-
propheticos dies hoſce 1260. revera eſſe annos
60. Idq; etiam Proteſtantes pleriq; omnes ſta-
unt: & cum illis inter Pontificios *Franc. Na-*
rrus in libro de anni 1603. conjunctione, pro-
allegatur a *Qvareſmio*, Elucidatæ terræ ſanctæ
1. capite 91. Et ante plusqvam trecentos an-
nos, in Romana eccleſia vivens *Ubertinus a Caſali*
tradidit: qvando in eclogis apud Wolfium
Memorabilibus, centenario 14, ad annum
308, numerum hunc dierum 1260. dixit eſſe
nnorum mille ducentorum & ſexaginta. Eodem-
plus centum annis adhuc prior vergebat etiam
achimus Abbas, qvippe in Apoc. XI. folio 148,
tichriſti menſes apocalypticos qvadraginta du-
, totidem dicens ſignificare generationes. Si
nim qvælibet generatio, triginta ponatur anno-
, 42 generationes vel menſes, fiunt anni
260. Atq; hæc hactenus.

48. Por-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

48. a. Porro iidem ætatis antichriſtianæ an-
1260. non ſunt anni Juliani: qvippe qvos proph-
tiæ hujus reſpuit eventus. Nam ſi eſſent Julia-
phiala ſeptima, qvæ ut deinceps numero 59.
73. eſt oſtenſum, idem eſt qvod hujus ætatis a-
tichriſtianæ, ſive annorum 1260, ultimum te-
pus dimidiatum, & complectitur annos 180:
inqvam phiala tunc non inciperet, ante annum
æræ Chriſtianæ 1525. Qvippe ab anno æ-
Chriſtianæ 445, ante qvem peritiorum hodie v-
ventium interpretum nemo, horum 1260 ann-
rum collocat initium, numeratis annis Julian-
1080 qvot in ſex prioribus, eorundem 1260. a-
norum dimidiatis ſunt temporibus, pervenitur
annum æræ Chriſtianæ 1525, tanqvam temp-
ante qvod phialæ ſeptimæ non eſſet initium. F-
ſum autem eſt, phialam ſeptimam, non ant-
incepiſſe. Nam reformationem a Luthero & ej-
ſociis ſucceſſoribusq; factam, intra ſe manifeſ-
complectitur. Eam autem Reformationem, non
poſt annum 1517. adeoq; diu ante annum 152-
incepiſſe conſtat. Liqvet ergo, illos 1260 ann-
neutiqvam eſſe Julianos. Revera autem illi exiſtu-
anni, qvi ab aliis Ægyptiaci, ab aliis Chaldaici, a-
aliis Græci antiqviſſimi, ab aliis lunares, ab ali-
naturales anni vocati, ita ſe habent, ut eoru-
unusqviſq;, vulgaribus diebus 360, non plu-
bus nec paucioribus conſtet. Qvales annos oli-

ex-

titiſſe, negari non poteſt, & hic aliqvanto la-
es, ſic ut ſeqvitur probatur. *Euſebius* in Chro-
i ſermone Græco, *Ægyptiorum*, inqvit, *regum*
ndus & trigeſimus Aſeth regnavit annos viginti.
appoſuit anno dies intercalares, & illis temporibus ut
nt, Ægyptiacus annus 365. dierum factus eſt, qvi antea
centis ſexaginta diebus abſolvebatur. Sic ille. *Georgius*
cellus Chronographiæ pagina 123, idem de an-
vo Ægyptiorum 360 diebus conſtante memo-
s anno, eundem Regem Aſeth, ſimul aït fuiſſe
artum de dynaſtia Thanitarum, Ægypti regem.
tarchus etiam in libro de Oſiride & Iſide, eo
o ubi hieroglyphicam de adulterio Saturni cum
ea proponit fabulam, itidem Ægyptiacum
terem annum, trecentis tantum & ſexaginta die-
s conſtitiſſe refert, Mercuriumq; illos prædictos
inq; ei appoſuiſſe dies. Et *Joh. Marshamus* in
none Chronologico pagina 245. notat prædi-
regis Aſeth tempora, in initia Mercurii hujus
cidere. *Diodorus Siculus* Hiſtoriarum libro pri-
o, ejusdem veteris Ægyptiaci anni varia exhi-
t veſtigia: veluti pagina 19. trecentas ſexaginta
teras in ſepulcro Oſiridis, qvas ad illud deſti-
ti ſacerdotes, qvovis die lacte replebant: & pa-
na 87, in Acanthiorum urbe trans Nilum, doli-
n perforatum, in qvod ſacerdotes trecenti ſexa-
nta, qvovis die aqvam ex Nilo ingerebant,
48 b. Aliis qvoq; gentibus, eundem 360. die-
m annum uſurpatum fuiſſe, hæc ſeqventia oſten-
dunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

dunt. *Plutarchus* in Numa, Romanos ſub Rommo
lo illud ſtudioſe obſervaſſe docet, ut annus eſſe
dierum trecentorum & ſexaginta. *Rabbi Ben*
min in Itinerario pagina 12. Romæ, ait ſuo tem
pore fuiſſe palatium imperatoris Balbini, in qvo
trecenta & ſexaginta minora erant palatia, juxta
numerum dierum anni. *Auguſtinus* libro 4.
Trinitate capite 4 ait ſexaginta dies, eſſe ſexta
anni partem, & trecentos ſexaginta dies eſſe in
tegros duodecim menſes. Id qvod omnino ad an
num 360. dierum ſpectat. De qvo etiam anno Au
guſtinus ibidem antea *Annus*, inqvit, *unus ſi duo*
decim menſes integri conſiderantur, qvos triceni di
complent, talem qvippe menſem veteres obſervaveru
-- *ſenario numero pollet.* Sic Auguſtinus, an
num 360 dierum, ex triginta ſex ſenar
dierum conſtantem, receptum fuiſſe doce
Theodorus Gaza in libro de menſibus, *Bifariam*, in
qvit. *Græci annum conſiderabant, ut qvi partim*
ſole trecentis ſexaginta diebus, propter ſectionem ob
qva ſigniferi in totidem gradus definiretur : -- :
partim a luna diebus 354 Sic Gaza. *Diogenes La*
ertius in Vitarum libro qvinto. & *Plinius* hiſto
riæ naturalis libro 34 capite ſexto, Athenis De
metrio Phaleræo, trecentas ſexaginta ſtatuas a
eſſe poſitas idq; Plinius ibidem dicit factum eſſe
anno hunc dierum numerum necdum excedent
Idemq; reſpiciens *Varro* apud Nonium capite 11
ait, ſub Demetrii ejusdem imagine fuiſſe poſitu

Demetrius æneas aptus eſt, qvot luces annus habet *latus* Cleobulus apud Laertium libro I. æni-atice deſcribens annum, vocat eum patrem decim filiorum (id eſt menſium) eorumq; fili- unicuiq; dicit eſſe triginta filias id eſt dies. vero annus duodecim illis, conſtans menſi- qvorum qvisq; eſt triginta dierum, non eſt s, qvam qvi totus eſt 360 dierum. *Scholiaſtes* *uſcriptus* in Philebum Platonis, prout citatur Allatio in Menſura temporum, capite 10, Athe- ait duodecim fuiſſe fratrias, qvot erant men- & cujusq; fratriæ fuiſſe triginta genera, tan- dies (anni), CCCLX: duodecies enim tri- a eſſe CCCLX. *Solon* apud Herodotum libro ,omo, ſeptuaginta annos dicit eſſe dies 25200. s autem 70 anni, uti manifeſtum eſt, illi ſunt qvorum qvisq; eſt 360 dierum. *Ariſtoteles* iſtoria animalium, libri ſexti capite 20. de par- s anni, qveis canes uterum geſtant loqvens, ginta dies, dicit eſſe ſextam anni partem & uaginta duos dies, eſſe qvintam anni partem. od non convenit niſi anno 360 dierum. Plu- per hoc 360 dierum anno, veterum teſtimo- addit Langius libro 1. de annis Chriſti capite *Dionyſius* qvoq; *Petavius* in Opere de doctrina porum lib. 1. cap. 6. & 8, hunc annum veterum ans teſtimoniis, priore eorundem locorum, r alia qvoq; ait, ſæculo adhuc Herodoti multo- animis inſitam & a majoribus acceptam fu-

 iſſe

iſſe opinionem, qvod lunaris annus trecentis
ginta, & menſes ſinguli tricenis abſolverentur
bus. *Atq; in Anctario operis* de tempore capite
ait, pleroſq; ſcriptores veteres, cum de
ſimpliciter & per ſe loqvuntur, definire cum di
trecentis & ſexaginta. *Jacobus* etiam *Durfel*
in diſſertatione de pace ſæculari ante finem m
di eccleſiæ reddenda, pagina 5. annum hum
teribus, inter eosq; etiam Hebræis, uſitatum
iſſe ajens, alibi a ſe id eſſe demonſtratum dicit.
taſſis Myſteriologiæ diſputatione 6. & 13
eas in magine nominat. Atq; alii qvoq multi
ter recentiores, annum hunc 360 dierum, ve
bus uſitatum fuiſſe ſtatuerunt: inter qvos
ſtantinus L' Empereur in Jacchiadem ad Dam
nonum, *Ricciolus* in Chronologia, libro p
capite 17. & 19. *Olaus Rudbechius* Atlanticæ
2, pag 188. *Seldenus in* Marmoribus Arundeli
pag. 60. & 61. *Erpenius* in Notis ad Benjamini
nerarium pagina 156. *Alexander ab Alexa*
Genialium dierum libro 3. capite 24. *Gerh*
Vosſius in Idololatria libri 1 capite 28. *Leo A*
us in Menſura temporum capite 15, pagina
Joh. Marshamus in Canone Chronico pagina
244 & 245. *Caſparus Heuniſchius*, Clavis A
lypticæ pagina 79. & deinceps. *Joſephus Sc*
Canonum Iſagogicorum libro tertio pagina
atq; de emendatione temporum libro 1. pagin
& libro 3. pag. 194. aliiq; plures.

49.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Immo & ipſis ſacris in ſcripturis, alibi quam in antichriſtiani regni diebus 1260, dierum occurrit annus: nempe in ſeptuagin- hebdomatibus Danielis capite nono Nam cum ſeptuaginta hebdomades, annorum ſint heb- mades, & ab anno Artaxerxis Longimani vi- mo incoeperint: calculationis tamen huc ſpe- ntis veritas, per alterius generis annos fruſtra tenus qvæſita, per hosce 360 dierum Ægy- cos annos, ſicut in Auctario hujus Phoſphori, bd de iisdem 70 agit hebdomadis, eſt oſten- , certo manifeſtoq; reperitur iisq; annis ad ndem hebdomadum ſupputationem adhibi- eventus cum vaticinio exacte qvadrat Tum Illud annorum genus, qvod in ſacra repertum otura, duodecim duntaxat menſibus perpe- conſtat, ejusdem Ægyptiaci generis, & ex entis ſexaginta conſtantis diebus, eſſe omni- idetur Qvales ſunt illi duodecim menſium ii, ad qvos in duodecim menſtruis arboris vi- uctibus, qvovis menſe ſuum proferente fru- , Apoc 22. verſu 3 & Ezech. 47. verſu 12. litur. Item anni duodecim menſium, qvibus ecti Davidis 1. Chron 27. & Salomonis 1. 4. v. 7 ita res adminiſtrabant, ut qvisq; ſu- vem obſervabat, haberet menſem. Atq; an- diluvii, duodecim duntaxat fuiſſe menſium, tior conſideratio verborum Geneſeos capite verſu 5, usq; ad decimum tertium facile

 oſten-

oſtendit qvoq;. In talibus autem duodecim d
taxat menſium annis, ſi qvilibet menſis trigi
ponatur eſſe dierum, manifeſto ſeqvitur, eosd
360. dierum ſive Ægyptiacos fuiſſe annos. N
duodecies triginta, ſunt, ut conſtat, trecent
ſexaginta. Et talem 360. dierum fuisſe qvoq;
luvii annum, diſerte affirmat *Cajetanus* in Ge
ſeos 8. Neq; Hebræis inſveti fuerunt ex trigi
diebus perpetuo conſtantes menſes. Et *Selden*
libro de anno Judæorum, capite 1. civiles Heb
rum menſes in contractibus, pactis & aliis
modi civilis vitæ rebus, triginta ait habuiſſe
Tum & illi 150 dies, qvibus Geneſ. 7. v. 24.
cap. 8 v. 3. diluvii aqvam, terræ præcipue
valuiſſe Moſes oſtendit, qvinq; omnino, ut ex
tu Moſaico colligi poteſt, faciebant menſes, ad
tricenarii omnino illi menſes erant. Ideoq;
ſephus Scaliger de emendatione temporum lib
pagina 297. menſes diluvii, qvi a Moſe referu
mere tricenarios fuiſſe ait. *Petavius* etiam in
ctario operis de tempore, libro 4. capite XI.
gina 173. poſtqvam menſuram dixerat ſim
cem, uniformem & ſui ſimilem eſſe debere
lemq; in menſe triginta dierum eſſe numer
addit, in eum dierum menſis numerum,
qvadam conſpiratione, omnes conſentire ge
Liqvet ergo ipſa qvoq; ſacra in Scriptura, uſit
eſſe illud genus annorum, qvod 360 diebus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Qvem etiam Sacræ Scripturæ annum reſpe- [illegible] putatur *Clemens Alexandrinus*, qvando libro [illegible] Stromatum, trecenta & ſexaginta in ſum- [illegible] ſacerdotis veſte talari tintinnabula, tempus [illegible]uum notaſſe ait. Atq; ne mirum ſit, in Scri- [illegible] annum 360 dierum occurrere, Ægyptiis [illegible], uti antea numero 48. eſt monſtratum, is [illegible]patus fuit annus. Ægyptiaca enim anni ra- [illegible] Hebræi qvoq; ſunt uſi. Itaq; Auctor He- [illegible] libri, qvi dicitur *Moledim*, allegatus à Kir- [illegible] in Oedipo Ægyptiaco, tomi 2. parte altera, [illegible]ina 252. à Rabbinis traditum eſſe dicit, qvod [illegible] annos ſuos, juxta Ægyptiacorum annorum [illegible]conem olim conſtituerint. Et *Joſephus Scaliger* [illegible]mendatione temporum libro 3. pag. 221, *Annus* [illegible]it, *priſcorum Hebræorum, merus Chaldaicus, aut* [illegible]*d idem eſt Ægyptiacus fuit*. Sic ille. Johannes [illegible]q; *Marshamus* in Canone Chronico, pagina [illegible], ubi Joſephi libro 1. Antiqvitatum capite 4. [illegible]taveret verba, dicentis, Moſen faciendo pri- [illegible] menſem Niſan, in civilibus tamen rebus, [illegible]orem ſervaſſe decorem τὸν πρώτων κόσμον, [illegible]orem illum anni decorem, qvem referente [illegible]pho, retinuerit Moſes, illam anni ait eſſe [illegible]abilitatem, qvâ 360. diebus conſtabat.

[illegible] Probatum ergo eſt, Ægyptiacos 360. [illegible]um annos tam extra ſcripturam, qvam [illegible]ſa, olim fuiſſe uſurpatos, adeoq; negari non [illegible], illos antiqvitus fuiſſe receptos. Qvod

 autem

autem antichriſtianæ ætatis vel regnantis antich
ſti, anni 1260. veluti antea diximus, & *Heu*
ſchius in Clave Apocalyptica pagina 83. nec non
Jacobus Durfeldius in diſſertatione de pace ſæcul
ri eccleſiæ reddenda, ſtatuunt qvoq;, tales 36
dierum ſint anni, illinc efficitur, qvod eventu
prophetiæ, eos ab his Ægyptiacis 360 dier
annis, diverſos eſſe non patiatur, hisq; annis 36
dierum adhibitis, eorundem 1260 annorum
ſtoria, cum vaticiniis ſuper iisdem 1260 anni
concordare reperiatur exactè. Conſtituunt aut
Ægyptiaci illi 1260 anni, annos Julianos 124
cum ſuperfluis diebus vulgaribus 324. Atq; h
hactenus.

51. Summa autem eorum, qvæ in his antich
ſti regnantis 1260 annis, prædicuntur eventu
ad tria generalia revocari poteſt capita. Qvoru
primum eſt, qvod in illis eccleſia Chriſtiana, t
qvam in deſerto ſit moratura. Itaq; Apoc.
v 6: &. 14. mulier ſole veſtita, ſicut & an
monitum, hiſce 1260. diebus propheticis,
deſerto vel eremo nutrienda dicitur. *Alterum* e
qvod iis 1260. diebus, duo teſtes, juxta Apoc
11 v. 3. & 4. coram Deo terræ ſtantes, vaticina
ri ſint ſaccati, ſive ſaccis involuti. Sunt aut
illi duo teſtes, Veteris & Novi Teſt propheti
de antichriſto; & his diebus 1260, ſtantes cora
Deo terræ, ſaccatæ dicuntur vaticinaturæ, qv
am de antichriſto qvi ſe Deum conſtituit ter

qvasi

qvam jam præſente & regnante vaticinan-
tamen non ſint intelligendæ. De qvo vide
in Auctario ſchediaſmatis ſecundi apocalyp-
numero primo, *Tertium* & ultimum eſt, an-
iſtum, his 1260. annis Ægyptiacis, eſſe reg-
rum & eccleſiæ jura calcaturum. Huc per-
illud Daniel. 7 v. 25. Rex ſtudebit mutare
pora & jus, & dabuntur in manum ejus per
pus, tempora & dimidium temporis. Et qvod
poc. 11. verſ. 2. gentes calcabunt ſanctam ci-
em, menſibus qvadraginta duobus. Ad idem
antichriſti regnum eccleſiæq; conculcationem
tat, qvod in his 1260 diebus propheticis vel
s Ægyptiacis, antichriſtus bella geſſurus ſit
ſanctis, & ſuperaturus ipſos. De qvo Dan.
21. Vidi parvum cornu (ſic ibi antichriſtus
tur) bellum gerere cum ſanctis & vincere
Atq; id v. 25. redigitur ad prædicta tem-
empora & dimidium temporis. Sic & Apoc.
v. 7. beſtiæ ſepticipiti, qvæ ille idem anti-
ſtus eſt, dicitur datum bellum facere cum ſan-
& vincere ipſos: atq; v. 5 datam eſſe beſtiæ
, id eſt poteſtatem hancce regnantem,
faciendi menſibus duobus & qvadragin-
Hæc ſunt genera & capita negotiorum po-
morum, qvæ hiſce 1260. diebus propheticis,
totidem annis Ægyptiacis, in prophetiis di-
ur eſſe gerenda.

52. Non tamen negotia hæcce, ita in his 1260
Ægyptiacis gerentur, fientq; annis, ut illis an
finitis, nihil eorum prorſus amplius ſit futuru
ſed præcipue duntaxat in his 1260. fient an
iisq; annis finitis, ex toto & prorſus incipient
nui, & mox finientur qvoq; ſed lente, paula
& cum aliqvâ mora, idq; inde liqvet, qvod re
num antichriſti, qvæ præcipua & potisſima
rum 1260. annorum res eſt, eos poſt annos
qvandiu ſit duraturum, ſiqvidem in horum 12
annorum appendice prima, qvæq; eſt triginta
norum: veluti ex Danielis 12. deinceps num
96 97 & 101, eſt monſtratum, deſinet ceſſa
q; demum. Neq; dubium eſt, qvin ex cæte
prædictorum negotiorum, potiora qvoq;, p
eorundem 1260. annorum finem, aliqvandiu ſ
duratura. Nec obſtat, certis numeris omnia h
negotia circumſcribi, nam numeri illi, præſert
qvi de regno antichriſti loqvuntur ſunt rotun
& qvi integra tantum memorant, prætermi
qvæ in fine cujusq; numeri adhærent partib
Qvippe tempus tempora & dimidium tempo
ſunt ſeptem dimidiata, eaq; rotunde dimidi
tempora: eorumq; ſeptimo & ultimo dimidi
& qvidem rotunde dimidiato tempori, partic
qvædam unius dimidiati temporis incertum qv
ta, qvæ per rotundationem eſt omiſſa, adhæ
Atq; qvadraginta duo antichriſti menſes, qvi
pertinent; ſunt omnino menſes 42 ita rotun

ut eorum ultimo ſive ſecundo & qvadrageſimo, hæreat, qvæ rotundationis cauſâ omittitur, pars ius ejusmodi menſis: ſiqvidem regnum anti- riſti, cui potisſimum illi attribuuntur menſes, & antea diximus, paulo diutius perſeverabit, illis 1260 annis. *Nihilo magis* obſtat, Apoc. v.. v. 1. de phialis, qvæ ultra hosce 1260. annos, deinceps, numero 58. & deinceps mon- atum eſt, non extenduntur; affirmari, qvod illis ira Dei, nempe per antichriſtum inducta, em ſit habitura. Nam illud intelligendum eſt, phialarum illarum tempore, conſiderato ſi- cum earum, ultimæ phialæ, adhærente ap- radice, qvæq; idem eſt, qvod annorum 1260, mero 96. & 97. deinceps propoſita appendix. ſibi vult, cum earum phialarum tranſiit tem- s, mox in earum appendice finiendam eſſe Dei iram. Sic enim angelus apud Danie- capite 12. antichriſtiani imperii, cum qvo ialæ illæ coincidunt, interpretatur finem: de co deinceps dicta numero 96. 97. 101, & 102. qvæ antea qvoq; remiſimus, legi videriq; poſ- nt. Liqvet ergo hujus ætatis antichriſtianæ reg- m, & potisſima ex cæteris eo pertinentibus ne- tiis, ultra illos 1260 annos, aliqvantillum eſſe ratura. Qvot tamen annis, poſt præteritos il- 1260. annos, ſint duratura, nec dum certo finiri poteſt: exq; eventu adhuc futuro, id dun- taxat eſt colligendum tandem. Id tamen certum

eſt, eos annos qvibus ita poſt illos 1260. annos,
hæcce antichriſti negotia adhuc durabunt, pauci-
ores fore qvam triginta. Nam cum triginta eius-
modi anni, integer menſis ſint antichriſtianus, ſi
poſt illos 1260. annos, iſta negotia & præcipue
regnum antichriſti, triginta annos duraret: tunc
menſes, qvibus antichriſtus regnans, cum ſan-
ctis pugnaret & vinceret eos, qvibusq; etiam gen-
tes ſanctam calcarent civitatem, non forent, ſi-
cut Scriptura docet, duo & qvadraginta, ſed qvod
ſcriptura non docet, tres & qvadraginta.

53. a. Atq; hæc hactenus. Initium horum 1260.
dierum propheticorum ſive annorum, adeoq; &
regni antichriſtiani initium, incidit in qvintum æræ
Chriſtianæ ſæculum. Nam Paulus 2. Theſſ. 2. v. 6.
7. & 8. antichriſtum ſive hominem peccati, qvi
in templo Dei ſedet, id eſt regnat, tunc apparitu-
rum ait, cum e medio removetur τὸ κατέχον
ſive qvod impediebat, ne antichriſti regnum e-
rumperet; hoc eſt, cum Romanum vetus interit
imperium, vel Romani veteris imperii ceſſant ex-
iſtere imperatores: uti *Tertullianus*, *Hieronymus* &
alii, apoſtolorum temporibus viciniores, antiqvæ
eccleſiæ doctores, ſicuti *Malvenda* in opere de
antichriſto libri qvinti, capite 19. oſtendit, illud
qvoq; Pauli interpretantur verba. Et ipſe etiam
Malvenda capite 21. hanc particulatim agnoſcit
eſſe ſententiam, qvamprimum exſtinctum & de-

letum

mum fuerit Romanum imperium, ſtatim & nulla andi interpoſita morâ, venturum eſſe antichri- um. Eademq; etiam reliqvorum recentiorum rorumq; omnium, veriſſima eſt expoſitio. tum autem eſt, Romanum vetus imperium ulo qvinto interiiſſe, poſtqvam paucis antea nis, ultima vice in orientale & occidentale erat iſum, barbaræq; deinceps immitterentur in il- gentes, qvippe qvæ imperium ſic diviſum la- arunt idq; penitus everterunt. Itaq; *Gotho- dus* Viterbienſis in Chronico ad annum Chri- 425. *Gentes*, inqvit, *quæ ſubactæ Romanis fue- nt, jam per ſeipſas regnare cœperunt. Romani e verſo qui ſemper imperaverunt, gentibus ſervire ebantur.* Sic ille. Et qvi ipſo ſæculo qvinto vixit *udianus*, barbarum gentium incurſum in impe- um, ejus videns eſſe ruinam & exitium: libro 2 Ruffinum, de eodem exclamat.

Eheu quam brevibus pereunt ingentia fatis,
Imperium tanto quæſitum ſangvine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores.

alii, qvoq; ſæculo qvinto viventes, imperio fi- tunc eſſe factum agnoverunt: veluti *Salvia-* in libris de gubernatione, qvos ſtatim a ca- Romanorum duce Littorio, & Carthagine à ndalis capta, id eſt circiter annum 440. aut eſſe ab eo ſcriptos, ex eorundem libro ſe- mo capite 22. & ſeqventibus colligi poteſt. illis enim libris, ſæpe loqvitur de Romano im-

perio,

perio, ut enecto & in extremis exiſtente. Vel
cum eodem libro ſeptimo capite 227. *nullas*, in
qvit, *eſſe jam reipublicæ Romanæ vires-omnium conſ*
entia eſt. Et cum in libro qvarto capite 103. Rom
nam rempublicam, tunc ait, aut fuiſſe mortuam
aut extremum egiſſe ſpiritum: nec non capi
149. eo tunc perventum fuiſſe, ut nomen civiu
Romanorum non tantum vile, ſed etiam abom
nabile haberetur. *Hieronymus* etiam, qvi itidem ſ
culo qvinto vixit, hic illic monet, tunc corruiſſ
imperium: velut cum epiſtola 3. ad Heliodoru
ait: *Romanus orbis ruit, & tamen cervix noſtra*
recta non flectitur. Et cum in epiſtola XI. ad Ag
ruchiam ex Romani imperii tunc fiente interit
explicans verba Pauli 2. Theſſ. 2. de antichriſt
veniente, *Qvi tenebat*, inqvit, *de medio fit & non i*
telligimus antichriſtum propinqvare. Qvibus ſimillim
præfatione in librum 8. commentariorum ad Ez
chielem.

53. b. Conſtat ergo antichriſtianum imper
um, ſive antichriſti annos 1260, ſæculo qvin
incepiſſe. Particulare autem ſæculi qvinti temp
in qvo idem antichriſti imperium, & 1260. a
ni vel prophetici dies, inceperunt reqvirenti, P
Leonis magni occurrit pontificatus, qvi ann
440, papa eſt factus. In cujus etiam Papæ tem
pore, antichriſti & 1260. annorum initium, p
nitur a noſtrate *Cluvero* in Diluculo Apocalyptic
ad Apoc. XI. nec non ab *Auguſto Pfeifero* in An

chili

iliaſmi capite 6. numero 30. aliiſq; pluribus; tunc revera hoc antichriſti cœpit imperium, andoqvidem hoc Leone Papatum adminiſtran-, Romanoqve vetere intereunte imperio, polica qvæ fuerat occubueratq; Romani imperii in gna & gentes potentia, eccleſiaſtico more in pa rurſus emerſit revixitq; , adhuc latius paten-mm eccleſiæ arrogante ſibi poteſtatem regimen-. Itaq; eo tempore vivens *Proſper*, ejusdem Le-nis magni vel primi notarius, in carmine de in-atis capite 2.

Sedes Roma Petri, qvæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, qvicqvid non poſſidet armis
Relligione tenet.

t ipſemet *Leo* ſermone 1. In Natalem Petri & auli, de eadem ſui temporis loqvens Roma. *ivitas*, inqvit, *ſacerdotalis & regia, per beatam tri ſedem, caput orbis effecta, latius præſides religio- divina qvam dominatione terrena.* Sic ille. De oc etiam Leone *Edmundus Richerius*, in Hiſtoria oncilii Chalcedonenſis cap. 46. *nullum præceſſo-rum, tantum ſibi auctoritatis ſumſiſſe, qvantum ille.* t cap. 7. *omnes inter pontifices, maximum fuiſſe au-oritatis pontificiæ aſſertorem.* Theologus qvoq; orbonicus Anonymus, ſive *Jacobus Boileau*, ut us nomen eſſe a nonnullis accepi, in libro de ajoribus Epiſcoporum cauſis, adverſus Davidi-m, cap. 54. ait, *hujus Leonis tempore, appellatio-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

*nes ad apoſtolicam ſedem originem habuiſſe, hunc Pa-
pam, primum non dubitaſſe tali modo epiſcopos judi-
care, hocq; ſibi jus vindicaſſe.* Item, *anteceſſores ejus
Zoſimum, Bonifacium & Cœleſtinum deſiderio &
ſpe ejusdem rei fuiſſe contentos, qvam primus Leo e-
ſecutus eſt.* Sic & *Memburgius* in hiſtoria Galli-
Leonis I. libro qvinto pag. 335. *neminem* ait, *Pa-
pæ ſuccedentis S. Petro primatum, fortius clariusq; ſta-
biliſſe, qvam hicce Leo.* Atq; *Paſchaſius Qvesnel-*
in Apologia pro Hilario Arelatenſi, partis I. cap.
16. pag. 496. ait, *Leonem huncce, prætergreſſum
conſvetudinem majorum ſuorum, ſedis ſuæ amplitudi-
ni plus æqvo ſtuduiſſe.* Et pag. 498. *omnium eccle-
ſiarum ſtatum aliter qvam more ſolito ordinaſſe.* *Sal-
maſius* qvoq; de primatu Papæ, pagina 284. Le-
onem, inqvit, magnum omnes ſciunt, non ſo-
lum auctoritatis ſuæ vindicem acerrimum, ſed
etiam potentiæ aſſertorem & amplificatorem fu-
iſſe ambitioſisſimum. Nec non *David Blondellus*
in Gallico opere de primatu eccleſiæ, pag. 388.
Leonem huncce, non potuiſſe ferre parem, eccle-
ſiæq; canones & libertatem evertiſſe. Conſtat
qvoq; eundem Leonem, ſemet ſupra concilium
œcumenicum Chalcedonenſe, elevaſſe extuliſſe-
q;. Nam cum idem concilium, anno æræ Chri-
ſtianæ 451. ſanxiſſet, ut archiepiſcopus Conſtan-
tinopolitanus, eisdem primatus honoribus habe-
retur dignus, atq; archiepiſcopus Romæ: in hoc
qvoq; negotio adeo impudentis juxtaq; inuſitatæ

ſui

iit arrogantiæ; ut epiſtola ad Imperatricem Pul-
eriam, qvæ eſt ſcripta conſule Herculano, id
anno æræ Chriſtianæ 452, diceret, ſe id con-
ii ejusdem decretum, *per auctoritatem Petri in*
itum mittere, & generali prorſus definitione caſſare.
prædictus *Richerius*, citatæ hiſtoriæ capite 26,
ejusdem Leonis legatos, in omnibus pæne ejus-
concilii actionibus, eundem Leonem vocaſſe,
iverſalem, aut univerſalis eccleſiæ epiſcopum. Et cap.
per eum non ſtetiſſe, qvo minus concilii Chal-
donenſis patres, ſententiæ ab ipſo latæ, nudi
berentur exſecutores. Ita Richerius. Qvibus
nilia Cluverus, in Diluculo Apocalyptico, ad
oc. XI. ex *Evagrio*, eodem de Leone. Qvin &
vinos *ſanctiſſimi atq; beatiſſimi* titulos, idem Leo
ribui ſibi ſivit qvoq;. Et *Azorius* Inſtitutionum
oralium parte 2. lib. 4. ea nomina Leoni huic
imum cœpiſſe attribui ait, poſteaq; in Papis, ra-
one muneris & officii eſſe retenta. Atq; *Stella*
vitis pontificum, in ſynodo qvoq; Chalcedo-
nſi, ſumma patrum omnium admiratione, ter
ctus ei acclamatum eſſe refert. Id qvod Eſa. 6.
3 ſoli Deo oſtenditur fiere debere; & qvod
oni primo in Concilio iſto id evenerit, Legato-
m ipſius artificiis eſt haud dubie factum.

54. Annus autem in qvo, ſub eodem Leone I.
tichriſti hocce regnum, annorumq; 1260. ætas
ccepit, eſt æræ Chriſtianæ qvadringenteſimus
adrageſimus ſextus. Nam qvod omnium veri

eſt

eſt ſimillimum, aſtipulantemq; ſibi habet, exa
orem prophetiarum cum eventu concordiam, a
tis ejus anni 1260, anno æræ Chriſtianæ 1661
ſunt finiti: de qvo vide deinceps dicta num
Nam intra ſeptuaginta hebdomades, & anno quam ex toto eſſent elapſæ, veluti ex Dan. 9. v. liqvet, univerſalis & omnium temporum juſti per Chriſti mortem meritumq; erat acqvir da, nec non univerſalis, peccatorum per eand Chriſti mortem meritumq; cohibitio, obſigi tio & expiatio erat efficienda de qvo vide cta antea numero 3. Adeoq; ante elapſas ex to ſeptuaginta hebdomadas, Chriſtus mortuus Mortuus eſt qvoq; poſt elapſas priores ſexagi

1

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

vem hebdomadas. Angelus enim Danielis 9.
ſu 26. dicit, Meſſiam poſt hebdomades ſexaginta
s eſſe exſcindendum, id eſt necandum ut ma-
cum, idq; אין לו non ſibi, id eſt non pro-
r ſuam ſed aliorum culpam. Necandum in-
m ut maleficum. Nam vox Hebræa יכרת
areth, qvæ in hocce loco Danielis, de Chriſti
e dicitur, inter alias acceptiones, notat qvo-
jus, qvi maleficus, blasphemus aliterve ſcele-
us, ſive eſt, ſive habetur, pœnam capitalem,
ræcipue necem: veluti ex Levitici 20. v. 17 &
Num. 15. v. 30. Pſalm. 37. v. 22. 1. Reg 21.
11. & cap. 18. v. 4. atq; 13. aliisq; conſimili-
locis liqvet. Et hiſtoria qvoq; docet, Chri-
n tanqvam maleficum, eſſe necatum: a Ju-
sq; eſſe accuſatum & damnatum, tanqvam
phemum, ſeductorem, & ſeditioſum; eo-
demq; Judæorum poſtulatu, a Pilato inter
s latronnes eſſe crucifixum: ut ideo qvoq;
cus capitis 15 verſu 28, in eo completum
dicat, qvod prædictum erat, reputatus eſt
r maleficos. Conſtat ergo, Chriſtum, tam
priores ſexaginta novem hebdomades, qvam
omnium ſeptuaginta hebdomadum finem
necatum. Ex qvo illud, qvod in propoſiti-
dictum eſt, neceſſario conſeqvitur, nempe
iſtum in ultima ſive ſeptuageſima hebdoma-
ſſe mortuum.

2. Aliud argumentum, unde idem ipſum

probatur eſt, qvod Chriſtus verſu 27. in hebdo
made una dicatur confirmaturus pactum multi
Nam pactum illud tum aliter, tum morte qvo
ſua, uti numero 26. deinceps eſt oſtenſum
Chriſtus confirmavit: & una illa hebdomas,
qva illud factum eſt, non alia eſt qvam ultim
qvandoqvidem nulla alia unica, vel ſingularis he
domas, ſive ſeptimana in vaticinio memorat
niſi qvæ a prioribus ſexaginta novem hebdom
dis eſt diverſa, ultimaq; ſive ſeptuageſima; ;
per propoſitionem 5. trium partium vel claſſium
in qvas ſeptuaginta diſpeſcuntur, hebdomad
ultima eſt qvoqve, hebdomas unica ſive ſept
geſima.

23. Qvod autem nullus alius, qvam Chriſt
ſit qvi in hebdomade una pactum dicitur con
maturus eſſe multis, ſic probatur. Aut Chriſt
eſt, aut Romanorum ſive populus ſive princ
vel imperator. Alterutrum enim horum, om
hic dicunt interpretes. Sed non eſt Romanor
ſive populus ſive princeps vel imperator. Er
qvod unum reſtat, eſt ſolus Chriſtus. Roma
norum autem non eſſe vel populum vel prin
pem inde liqvet, qvod in hiſtoria non reperia
Romanus aut populus aut princeps, in hac he
domade una vel ultima ſive ſeptuageſima, con
maſſe pactum multis. Eqvidem Judæi, & ex Ch
ſtianis paucisſimi qvidam dicunt, Romanum
pulum principemq;, in bello illo contra Judæ

qvi

oo templum ſecundum ſive ultimum, nec non
eroſolyma eſt deleta, ſoloqve æqvata, confir-
ſſe pactum multis: idqve ſive Judæis, pacem
erendo ipſis, nonnullisq; eorum parcendo,
c ita ut cæteros Judæos rebelles puniendo: ſive
omanorum ſociis, nempe Syris, Arabibus,
umæis, aliisq;, per eorundem ſociorum auxilia-
copias, ſuis junctas, oppugnando Judæos:
bd utrumqve ad rem nihil facit. Nam Roma-
s Judæis pacem offerre & nonnullis parcere,
non idem eſt atq; pactum multis confirmare &
idem in hebdomade tantum una ſive ultima,
eoq; ſeptennio: qvippe qvod hiſtoria hîc non
tendit factum. Et oppugnatio Judæorum, ad-
vante auxiliarium copiarum exercitu, neutiqvam
nti vaticinii erat materia, & poſt elapſos de-
um annos 490 implendi: qvandoqvidem rarò
lla ſine auxiliaribus geruntur copiis, & ea res
dinaria ſit, vulgoq; etiam nota. Neutrum
oq; eorundem, in ſeptuageſima ſive ultima
icinii factum eſt hebdomade. Nam qvod
poſitione 13 eſt demonſtratum, ſeptuaginta
bdomades, ultra æræ Chriſtianæ annum qva-
ageſimum non ſunt porrectæ: cum bellum il-
Judaicum, exactis ab æræ Chriſtianæ anno
, plusqvam viginti annis inceperit demum,
mpe poſt æræ Chriſtianæ annum ſexageſimum:
andoqvidem anno Veſpaſiani ſecundo, æræ Chri-
anæ ſeptuageſimo, veluti Petavius Rationarii par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

te 2. libro 4 capite 5 & in Doctrina temporu
libro XI. capite 17. oſtendit, Hieroſolyma
templum ſecundum eſt exciſum.

24. Liqvet ergo, Romanum aut populum
principem, neutiqvam eſſe illum, qvi pactum di
tur confirmaturus adeoq; reſtare, qvod non ali
us ſit qvam Chriſtus. Utq; illud eo adhuc clariu
ſit, ex propoſitione 1. meminiſſe oportet,
vaticinio hocce, de Chriſti in diebus carnis ſui
negotiis, potiſſimum agi: adeoq; Chriſtum e
potiſſimum totius vaticinii ſubjectum. Qvæ
cum verſu 27 propoſita enunciatio, *confirma*
pactum multis, per ellipſin omittat ſubjectum ſu
eum qvi confirmaturus eſt pactum multis: rep
tendum illud ſubjectum eſt ex antecedentibu
nempe ut iteretur, vel ex proximis antecedent
bus v. 26, dictio *Dux veniens ſive venturus*, v
ex ulterioribus v. 25. *Meſſias Dux.* Nam unu
& idem eſt uterq;, nempe Chriſtus ſive Meſſias
qvi & alias vocatur, veniens vel venturus ὁ ἐρχό
μενος, nempe Matth. XI. v. 3 Matth 21. v.
Heb. 10. v. 37. & Apoc 1, v. 8. Et qvod Roma
ni, Judæos Chriſti interfectores punituri, Hier
ſolymamq; vaſtaturi, in Danielis verſu 26, dicu
tur populus ducis hujus venturi vel venienti
ſive Chriſti aut Meſſiæ, revera qvoq; ſic reper
tur Romanus enim populus, revera Chri
vel Meſſiæ erat populus partim qvatenus om
ſunt ejus, & in illis qvoq; populi omnes, jux

a Matth. XI. v. 27. patrem omnia dediſſe in
nus Chriſti; & Pſalmi 2. v. 8. dediſſe illi gen-
iin hæreditatem. finesq; mundi in poſſeſſio-
m: partim etiam, qvatenus gentes, inter qvas
nt etiam Romani, peculiariter qvoq; Chriſti po-
us exiſtebant; qvippe qvi Eſa. 49. v. 6. datus
tur in lucem gentium, & Luc. 2. v, 32. lux ad
mminandas gentes: atq; Eſa. XI verſu 10. qvem
tes reqvirent, nec non v. 12. qvi elevabit vexil-
gentibus,

5 Si itaq; ſuppletur ellipſis, & omiſſum
poſitionis ſubjectum, ut dixi, repetatur, ſen-
tia evadit, ducem Meſſiam, vel qvod idem eſt,
em venientem ſive venturum, hoc eſt Chri-
n, eſſe confirmaturum pactum multis. Et
ilis ellipſeos ex antecedentibus ſupplendæ, ali-
qvoq; in Scripturis occurrunt exempla. Velu-
ſeqventibus locis. Geneſ. 41. v. 13. Ut inter-
tatus eſt nobis puer Hebræus, ſic factum eſt.
(nempe ex verſu 10. antecedente repetendus
rao) reſtituit in locum meum & illum ſuſpen-
2. Sam. 3. v. 10. Et non potuit (ex antea
ſtis v. 7. repetendus Isboſeth) reſpondere Ab-
o verbum. 1. Reg. 1. v. 6. Et peperit eum, (ex
eriore v. 5. repetenda Hagith.) poſt Abſalo-
n, Pſalmo 34. verſu 18. Clamant (nempe an-
v. 16. memorati juſti) & Dominus exaudit.
nſtat ergo illum, qvi dicitur confirmaturus
ſtum multis, non eſſe alium qvam ipſum Chri-

ſtum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſtum, prout ſe in diebus carnis in terris exhibu
ſuaq; negotia fecit. Eaq; etiam interpretum Chri-
ſtianorum communis eſt ſententia.

26. Reſtat tantum, ut monſtremus, Chriſtu
in diebus carnis ſuæ, revera & morte qvoq; ſ
confirmaſſe pactum multis. Hæc univerſoru
Chriſtianorum confeſſa, & extra controverſia
eſt ſententia. Et multi illi, qvibus Chriſt
pactum confirmaturus dicitur, homines ſunt;
luti alias qvoq; in Scripturis appellantur, ne
in verbis Rom. 5 verſu 15 & 19. Unius pecca
multi peccarunt, unius obedientia juſti conſtitu
untur multi. Eſa 53. v. 12. Meſſias peccatu
multorum tulit: & Dan. 12. v 2. Et multi do
mientes in terra pulveris reſuſcitabuntur, alii
vitam æternam, alii ad opprobrium contem
æternum. Iisq; multis ſive hominibus Chriſt
pactum confirmavit, implendo qvæ promiſſa
rant de Meſſia venturo: & maxime implen
ipſum promiſſum Novi Teſtamenti pactum
fœdus, qvo juxta verba ex Jer. 31. repetita, He
8. verſu 12 nec non capite 10. verſu 17. pollice
Deus, ſe tum legem ſuam in hominum men
& corda, eſſe inditurum, tum iniqvitatibus e
rum fore propitium, & peccata eorum non a
plius eſſe recordaturum. Idq; Chriſtus implevi
tum docendo, ſuamq; doctrinam miraculis co
firmando tum etiam ſuo merito & maxime mo
te ſua, pro hominum peccatis ſatisfaciendo, ea

ex

iando. Ideo 1. Cor. 15. v. 3 mortuus dicitur
peccatis noſtris, & Rom 6. v 10. nec non
Pet 3. v. 8 pro peccatis ſemel mortuus Ideo
num Heb. 9. v. 22. peccatorum remiſſio ſine ſan-
nis effuſione non fieri dicitur: & verſu 12.
riſtus per proprium ſangvinem ſemel in ſancta
ingreſſus, æternam inveniens redemtionem;
non 1. Joh 1. v. 7 ſangvinem ejus mundare nos
omni peccato. Nam is ſangvis ejus, præcipue
eſt, qvi in morte ejus eſt effuſus. Et nullum
amentum firmum eſt, anteqvam teſtator
ortuus eſt, morteq; ejus validum & firmum
num redditur, ut eſt ad Hebræos capite 9. ver-
6. Ideoq; etiam ſangvis, qvem Chriſtus in paſ-
ne & præcipue in morte effudit Zach. 9. v. 11.
amenti vel pacti ejus dicitur ſangvis, atq; Matth.
v. 28. novi Teſtamenti ſangvis Conſtat ergo
riſtum, in ultima ſive ſeptuageſima hebdo-
de, revera mortuum eſſe.

Propoſitio X.

7. *Chriſtus in medio anno ſeptuageſimæ ſive ul-*
æ hebdomadis mortuus eſt.

Qvod in hebdomade ſeptuageſima mortuus
propoſitione ſuperiore 9. eſt demonſtratum.
od autem in medio qvoq; ejus ſeptuageſimæ
domadis Chriſtus mortuus ſit, inde colligitur,
od verſu 27. in medio ejusdem hebdomadis di-

catus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

catur facturus ceſſare hoſtiam & ſacrificium. N
ceſſatio illa hoſtiæ & ſacrificii, non eſt illa, o
fiebat cum templum delebatur & exurebatur.
enim plusqvam viginti annis facta eſt, poſt ela
hebdomadas cunctas: ſiqvidem templum a
æræ Chriſtianæ 70 eſt deletum: cum 70 heb
mades, ſicut & numero 30. monitum
ultra æræ Chriſtianæ annum qvadrageſim
neutiqvam ſint porrectæ. Revera autem hæc c
ſatio hoſtiæ & ſacrificii, in ipſa morte Chriſt
cta eſt. Eâ enim factâ, hoſtiæ & ſacrificia, o
mortem Chriſti typice tantum adumbraverant
eaq; tenus, peccata expiaverant, hominesq;
placaverant, ab illo ſuo officio ceſſarunt. V
ris enim teſtamenti figuræ & typi, a typi
cio deſinebant, poſtqvam antitypum negoti
erat factum. Et vera unicaq; pro peccatis hoſt
nempe morte Chriſti Deo oblatâ, ſacrificia
victimæ, expiandi peccata & placandi homi
Deo, vim & efficaciam nullam amplius habeba
Ideoq; *Euſebius* libro 8 de præparatione evang
ca, pagina 402. *ſacrificio mortis Chriſti perac*
templi ſacrificia nihil amplius effeciſſe & profana d
taxat exſtitiſſe. Qvare cum ceſſatio hæc hoſ
& ſacrificii, in ipſa morte Chriſti facta ſit, & ju
vaticinium, in medio ultimæ hebdomadis fa
ſit, neceſſario inde conſeqvitur, ipſam qvoq; Ch
ſti mortem, in medio ultimæ ſive ſeptuageſi
hebdomadis eſſe factam. Non tamen neceſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

in mathematico ultimæ hebdomadis medio, mpe in medio ejus minuto aut momento, facta ; ſatisq; eſt in ejusdem hebdomadis anno me- vel qvarto eſſe factam.

Propoſitio XI.

128. *Chriſtus mortuus eſt, anno æræ Chriſtianæ tri- mo tertio, vel periodi Julianæ anno 4746.*

Hoc in Phoſphori apocalyptici recenſu nume- 6 eſt probatum.

Propoſitio XII.

129. *Annus mortis Chriſti, eſt annorum qvi ſeptua- ta hebdomadibus comprehenduntur, annus 487.*

Nam Chriſtus per propoſitionem 10. in me- ultimæ ſive ſeptuageſimæ hebdomadis nem- in medio ejus anno vel qvarto, mortuus eſt. Is em medius vel qvartus ejus annus, eſt ab ini- hebdomadum annus 487. Nam 69. priores domades, conſtituunt annos 483. qvibus ſi untur ultimæ hebdomadis, qvatuor anni rtus ſive medius fit annus 487.

Propoſitio XIII.

130. *Periodus tota ſeptuaginta hebdomadum, ultra Chriſtianæ annum quadrageſimum non extendi-*

Chriſtus enim per propoſitionem 10. in ultimæ domadæ medio mortuus eſt; & per propoſitio- XI, ſimul in æræ Chriſtianæ anno trigeſimo ter- mortuus eſt, Qvare ultimæ hebdomadis mediũ

erat

erat æræ Chriſtianæ annus 33. Itaq; cum to
qva hebdomadis ultimæ pars dimidia, nullos
nedum ſeptem contineat annos, neceſſum eſt ſ
timam ſive ſeptuageſimam hebdomadam, ad
annum æræ Chriſtianæ qvadrageſimum, eſſe fi
tam, adeoq; univerſarum ſeptuaginta hebdom
dum periodum, ultra illum qvadrageſimum æ
Chriſtianæ annum, neutiqvam eſſe porrectam.

Propoſitio XIV.

31. *Excidium Hieroſolymæ, ſub Tito Veſpaſi*
factum, intra ſeptuaginta hebdomadum periodum, n
eſt factum.

Nam Chriſtus per propoſit. 9. in ultima heb
domade eſt mortuus, & qvidem per propoſitio
nem 10, in medio hebdomadis ultimæ. Qvar
excidium Hieroſolymæ, cum non ante, ſed po
Chriſti mortem factum ſit, eſſet intra ſeptuag
ta hebdomades factum, eadem ultimâ hebdom
de annorum, qvâ Chriſtus mortuus eſt, factu
eſſet. Sed in ea ultima hebdomade, excidiu
illud, non omnino factum eſt. Nam a mo
Chriſti, usq; ad idem ſub Tito, Hieroſolymæ
cidium, non minus qvam triginta effluxer
anni, qvippe juxta ea, qvæ numero 23. ſu
monſtrata, æræ Chriſtianæ anno 70, Hieroſo
ma & templum, a Tito ſunt vaſtata deletaq;, cu

CH

riſtus omnes peritiores juxta Chronologos,
ſt annum æræ Chriſtianæ qvadrageſimum non
mortuus, immo & per propoſitionem XI. æ-
Chriſtianæ anno 33, hoc eſt ſeptem annis an-
, revera ſit mortuus, Qvare excidium illud,
ra ſeptuaginta hebdomadum periodum, non
factum: ſed multis demum poſt elapſas
dem hebdomadas annis.

32. Neq; huic obſtat, qvod angelus Danielis
rno, verſu 26 & 27. mediæ narrationi de ſep-
ginta hebdomadibus, mentionem de illa vaſta-
ne immiſceat & excidio. Nam immiſcet qvo-
Judaicam Hieroſolymæ gloriam templumq;,
ea vaſtatione usq; ad finem belli, id eſt usq; ad
m mundi, qvo eccleſia non amplius militans,
unice triumphans erit, eſſe manſuram. Et ſi-
i ex ejus vaſtationis duratione immixta, non ſe-
tur, finem mundi intra ſeptuaginta hebdoma-
fore: ita nec ex excidii immixtione ſeqvitur,
idium, intra 70 hebdomadas eſſe futu-
m. Neq; etiam excidii Hieroſolymitani men-
vaticinio de 70 hebdomadibus, aliter admiſce-
qvam ut conſeqvens duntaxat, injuſtæ cædis,
ma in hebdomade in Chriſtum patrandæ.
nſeqvens autem eam rem, ad qvam pertinet, lon-
qvoq; inſeqvi poteſt intervallo. Et excidium
oritarum Geneſ. 15. verſu 13 & 16, aliqvot
nnum ſæculis, poſtqvam abominationes eo-
invaleſcere cœperunt, pervenit ad effectum:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

& ſimiliter alia qvoq; multa conſeqventia, mum
demum ſæculis inſecuta ſunt illa, qvorum e
conſeqventia.

Propoſitio XV.

33. *Series ſeptuaginta hebdomadum eſt conti*
& nullis aliis annorum interpolata & interrupta
domadibus.

Intercalares enim annorum hebdoma
& qvæ inter illas ſeptuaginta interp
rentur, Sacra Scriptura memorat nullas. Et
q; ulla aliunde ſuppetit ratio, unde intercal
tales interjici hebdomadas, poſſit probari. Tot
iam ſeptuaginta hebdomadum periodus, per
poſit. 3. ſeptuaginta duntaxat, conſtat hebdo
dis, non pluribus nec paucioribus, Et ſi
continuo, ſed interrupto, 70 hebdomades pr
derent ordine, inter illasq; aliæ intercipere
hebdomades, vaticinium earum in præcipu
pleriſq; negotiis, qvæ complectitur, inutile
certumq; foret: ſiqvidem nec ante Chriſt
qvando mundo ſe manifeſtaturus eſſet, nec p
qvam id feciſſet, an vaticinium unqvam eſſet im
tum, ſciri cognoſciq; certo poſſet. Si etiam
tes vel claſſes, in qvas 70 hebdomades, in vatic
diſpeſcuntur, conſiderentur, potius cohæ
qvam per intercalaria tempora, divulſæ ab invi
eſſe reperiuntur. Primæ duæ claſſes 7. & 62.
domades revera cohærent. Nam ab initio ſep

nnta hebdomadum usq; ad ducem Chriſtum, ſi-
ad Chriſti miniſterium, tantum 7. & 62. hoc eſt
iores 69 hebdomades in vaticinio decurrere o-
nduntur. Eaq; tempora qvæ ex certo termino
vo, ad certum terminum, ad qvem, porrigi
untur, ſacris in ſcripturis non interrupta, ſed
ntinua eſſe ſolent: immo & excluſiva, eſſe ſve-
unt, ejusq; ſenſus, tot fore & non
ra nec pauciora. Qvod etiam ultima claſſis
e hebdomas unica, immediate cohæreat cum
oxime antecedentibus, vel prioribus 69 hebdo-
dibus, inde colligi poteſt, qvod eædem ſexagin-
ovem hebdomades, per propoſitionem 7, usq;
Chriſti initium miniſterii decurrant: Chriſtus-
per propoſitionem 9. in ultima hebdomade
rtuus ſit. Ex qvo neceſſario conſeqvitur, in-
claſſem ſecundam & tertiam, nullas inter-
dias decurrere hebdomades: ſicut miniſterium
m Chriſti & ejus anni, neutiqvam ab invicem
t dirupti, reveraq; inter ſe cohærent. Qvare
n nec pars vel claſſis prima a ſecunda, nec ſe-
da a tertia ſive ultima, de qvibus ſolis, ipſas
nvicem per intercalaria tempora eſſe abruptas,
nio fuit, ita ſint abruptæ, ſed revera cohæ-
nt, omnes hebdomades ſeptuaginta, revera
r ſe cohærere, & nullas, per interjectas alias
bdomades interrumpi, merito omnino cre-
r.

4. Neq; huic obſtat, ſeptuaginta hebdoma-

 das,

das,in dictas tres dividi partes vel claſſes Nam ac
qvoq; videmus tempora vere cohærentia , in
tas dividi partes : veluti annum in ver,æſtatem,
tumnum & hyemem , nec non in 12. menſ
etiamſi omnes illæ partes cohæreant,& nulla in
eas, diverſa ab iisdem intercipiantur tempora
q; ſeptuaginta hebdomadum, in tres claſſes d
ſarum , manifeſta eſt ratio. Nam prima claſſ
ſive hebdomades ſeptem priores , ideo a ſeqve
ſexaginta duarum hebdomadum parte vel claſſe
ſtingvitur, ut oſtendatur, qvamdiu Hieroſoly
denuo eſſet ædificanda , ut juſtæ civitatis
acqvireret formam : nempe ſeptem annorum H
domadis , vel qvadraginta novem annis. Ejus
in ipſo textu ſunt veſtigia, dum plateæ & exciſſ
anguſto temporum ibidem antea memorato
ædificanda denuo oſtenduntur. Super qvo
qvæ antea in propoſitione 6 ſunt dicta & mon
ta Eidemq; biblica cætera , eatenus ſuffrag
hiſtoria , ut platearum & ſtructurarum ædifi
tionem habitationemq;, paulò lentiore mo
qvæ facile per 49 annos porrigi qvivit, fac
repræſentet. Qvippe ipſis qvoq; muris ext
ctis, Nehemias capitis 7. verſu 4. conqveri
magnam qvidem eſſe civitatem , ſed paucos
men habere habitatores. Atq; Nehem. 11.
legitur , propterea qvoq; eſſe ſancitum , ut ex J
is in agro habitantibus, ſorte ducta decimus
q;, in urbem Hieroſolymam migraret. Eaq

tio lentior potuit eſſe, & civitatem ædibus
plateis haud repleſſe ſtatim: ſic ut ante ela-
os, a primo reſtauratæ Hieroſolymæ initio 49
nos, haud ædificatæ eſſent plateæ, perfectæq;
itatis conſtituta forma.

335. Neq; etiam deeſt ratio, duarum priorum
ſſium, ſive priorum 69 hebdomadarum a reli-
a ſive ultima, diviſarum. Nam eam etiam vatici-
um oſtendit ipſum, partim dum ab initio hebdo-
dum, usq; ad Ducem, iſtum, ſeptem & ſexa-
ta duas hebdomadas fore dicit, & Meſſiam
ſt illas 69 hebdomades, hoc eſt duas priores
ſſes fore occidendum: partim dum Meſſiam,
q; in ſeptuageſima hebdomade, oſtendit
nfirmaturum eſſe pactum multis, nec non
dimidia ejus hebdomadis, facturum ceſ-
hoſtiam & ſacrificium. Manifeſtæ ergo
æ ſunt 70 hebdomadum, in tres claſſes divi-
um: ut propterea aliam, & tanqvam id, pro-
r interjectas ullas intercalares fieret hebdoma-
, fingere & comminiſci non ſit opus.

Propoſitio XVI.

336. *Septuaginta hebdomades tunc inceperunt, cum ſica ſub monarchia, edictum regium de ædifican- rurſus Hieroſolyma exibat.*

Septuaginta hebdomadas incepiſſe, cum exibat bum de Hieroſolyma rurſus ædificanda,

 docet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

docet vox angeli v. 25. dicentis: **Ab exitu verbi**
Hieroſolyma rurſus ædificanda, usq; ad Meſſia
ducem, ſunt hebdomades ſeptem & 62. Nam
& 62. hebdomades, juxta propoſitionem 5 & ej
explicationem, ſunt ſeptuaginta hebdomadu
ſexaginta novem priores hebdomades.

37. Exiens autem illud, de Hieroſolyma rurſ
ædificanda verbum, non eſt propheticum qvo
dam de Hieroſolyma reſtauranda & reædifican
verbum. Qvale propheticum verbum *primo* e
illud per Eſaiam capite 44. v. ultimo & cap
45. v. 13. repræſentatum. *Deinde* qvod per J
remiam proponitur capite ejus 31. verſu 4.
38. *Tertio* hocce Danielis nono de qvo agimu
& qvod ſimul 70 hebdomades proponit: *Qvan*
& ultimò, illud per Zachariam prolatum Zac
8. v. 4. & 5. Nullum enim horum eſt initi
um 70 hebdomadum. Verbum enim de qvo a
gelus hic apud Danielem loqvitur, ut proprius
peculiaris character, ejus anni vel temporis cer
proponitur, qvo 70 hebdomades inceperunt,
unde ſunt putandæ: qvalis character propheti
illa verba, neutiqvam exiſtunt, qvippe diverſis eo
ta temporibus, iisq; longo annorum intervall
ab invicem diſcretis, ut propterea unius certi
determinati anni, proprius & peculiaris charact
neutiqvam eſſe qveant.

38. Deinde aliter etiam, memorata propheti
verba, ſeptuaginta **hebdomadum initium hab**

qvip

qvam exiſtere liqvet: nempe qvod illinc ſum-
initium, ad 70 hebdomadum annos revera
qvadret. Nam qvod propoſitione 9 eſt de-
nſtratum, Chriſtus in ultima ſive ſeptuageſi-
hebdomade mortuus eſt: cùm a qvocunq;
rum propheticorum verborum, initium 70
domadum ſumatur, eædem 70 hebdomades,
ibus annorum ſeptenariis ſive hebdomadibus,
ultra Chriſti mortem porrigantur, aut ante
iſti mortem finiantur, ad ipſamq; non per-
ant. Si a tempore prophetici verbi per Za-
riam dicti, qvod tempus juxta Zach. 7. v. 1.
qvartus Darii annus, hebdomades incipian-
Darii ejus annus qvartus, erit, vel juxta
igerianos, Darii Nothi, vel juxta rei verita-
Darii Hyſtaſpis annus qvartus. Darii autem
hi annus qvartus, juxta Canonem Ptolemæi,
peritiorum chronologorum in eo aſtipulatur
ſenſus, eſt Nabonaſſari annus 328. qvi ſexto die
embris, periodi Julianæ anno 4293 incepit,
oq; maxima parte, reſpondet periodi Julianæ
o 4294. Si eo itaq; anno 70 hebdomades in-
ſſe ponantur, finis eorum incidit circa tem-
belli ejus Judaici, qvo templum ſecundum
poſterius eſt deletum: id eſt plusqvam tri-
a annis poſt Chriſti mortem, qvippe qvæ per
oſit. XI. anno æræ Chriſtianæ trigeſimo ter-
ſt facta. Si autem Darii Hyſtaſpis annus
tus aſſumitur, qvi majori ex parte eſt peri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

odi Julianæ annus 4196. finis 70 hebdomadu
non minus qvam 50 aut 60 annis ante morte
Chriſti, illinc exoritur.

59. *Porro* ſi ſeptuaginta hebdomadum ini
um, ponitur in hujuſce a Daniele propoſiti ve
prophetici tempore, qvod, ut ex Danielis 9. ve
1. liqvet, Darii Medi annus primus fuit; I
primus Darii Medi annus, qvomodocunq; ſu
putatur, non eſt juxta chronologos, poſt p
mum annum Cyri in Babylonia regnantis, a
poſt Nabonaſſari annum 210, periodi Julia
annum 4176. Atq; ſic finis ſeptuaginta hebo
madum cadet, ante Auguſti Imperatoris initiu
adeoq; plusqvam ſeptuaginta annis ante mort
Chriſti. *Tertio* qvod ad initium ſeptuaginta h
domadum, in tempore prophetici verbi, a Je
mia editi ſpectat, promulgatum eſt illud v
bum, ceu ex Jeremiæ 32. v. 1. colligi pote
aliqvanto ante annum 18. Nebucadnezaris.
autem Nebucadnezaris annus 18, erat vel ju
canonem Ptolomæi, Nabonaſſari annus 161, H
eſt periodi Julianæ annus 4127, vel juxta Peta
um in Rationario parte 2 pag. 177. erat perio
Julianæ annus 4126. Itaq; illic initium 70 h
domadum ponendo, finis earum non incide
poſt periodi Julianæ annum 4618. aut poſt P
lemæi Alexandri tempora, adeoq; plusqvam c
tum & viginti annis præveniret mortem Chriſt

40. Reſtat initium ſeptuaginta hebdomadum in tempore prophetici verbi ab Eſaia editi poſitum. Hoc autem verbum propheticum, *Joſephus* Antiqvitatum libro XI. capite 1. dicit editum eſſe, centum & qvadraginta annis ante templum vaſtatum. Qvare cum templum, juxta verba Jer. 52. v. 12. Nebucadnezaris anno 19. ſit vaſtatum, isqve annus 19. Nebucadnezaris, aut juxta Canonem Ptolomæi fuerit Nabonaſſari annus 162, hoc eſt periodi Julianæ annus 4128. aut juxta Petavium loco dicto periodi Julianæ annus 4127, ſubtractis intervalli 140 annorum annis, prophetia hæc Eſaiæ, edita reperitur periodi Julianæ circiter anno aut 3988 aut 3989. Cui ſi addantur ſeptuaginta hebdomadum anni, finis illarum incidit in Ptolomæi Evergetæ tempus, adeoq; plus qvam ducentis annis nativitatem nedum mortem Chriſti præcedit. Liqvet ergo, verbum de Hieroſolyma rurſus ædificanda, qvod ab angelo Danielis 9. tanqvam ſeptuaginta hebdomadum initium proponitur, neutiqvam propheticum eſſe verbum. Cum autem propheticum non ſit verbum, illud unum reſtat, regium eſſe verbum, ſive qvod idem eſt, edictum regium.

41. Qvæ reſtat, propoſitionis datæ particula, ſive qvod ſit Perſica ſub monarchia, editum de Hieroſolyma denuo ædificanda, edictum regium, inde probatur confirmaturq;: qvod ſit edictum de vaſtata per Nebucadnezarem Hieroſolyma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

denuo ædificanda, veluti ex Danielis contextu liqvet: qvodq; nulla in Scripturis ſacris eo pertinentia occurrant edicta, niſi qvæ ſub Perſica facta ſunt monarchia: qvippe ſub qva etiam captivitas Babylonica eſt ſoluta, ceu ex Eſræ primo & 2. Chron. 36. capite conſtat.

Propoſitio XVII.

42. *Edictum illud regium, a cujus tempore 70 hebdomades incipiunt, non fuit ſacris in Scripturis memoratum edictum aut Cyri aut Darii.*

Cyri edictum 2. Chron. 36. v. 23. nec non Eſræ 1. verſu 2. & 3. atq; capitis 6. verſu 3 Darii autem Eſræ ſexto v. 6, & deinceps commemoratur. Neutrum autem anni illius, ex qvo ſeptuaginta hebdomades incipiunt, character eſſe poteſt. Nam edictum illud, qvod hujus anni peculiaris erit character, velut angelus docet agit de Hieroſolyma denuo ædificanda, immo & de ejus plateis & exciſis רחוב וחרוץ denuo exſtruendis, adeoq; de muris qvoq; & portis ejus denuo conſtruendis, qvippe qvæ ut ex Nehem. 1 & 3. atq; Thren. 2. v. 8 & 9. liqvet, etiam erant exciſa. Qvale neq; Cyri neq; Darii edictum fuit. Neutrum enim de urbe Hieroſolyma, ejusq; plateis & exciſis, ſimpliciter exſtruendis, ullum memorat verbum: ſed tantum domum Dei ſive templum ædificari jubet, veluti ipſorummet e

dicto-

ctorum in allegatis modò locis mentio & pro-
ſitio docet.

43. Neq; etiam edictorum eorundem exſecu-
o, civitatem, plateas & exciſa cuncta ædificari
rabat, ſed tantummodo templum: & civitas
ſtata ſuisq; plateis, muris & portis, orbata,
pq; ad Artaxerxis jacebat tempora: ſicut liber
hemiæ cap 2. v. 3, 5. 17. & capite 4, toto, ma-
feſto docet oſtenditq;. Si qva ideo ante Arta-
rxen Hieroſolymis ſive domus præter templum,
ad illud pertinentes ædes, ſive muri partes ex-
uctæ ſunt & ædificatæ: id qvod Judæorum
ſtes Eſræ 4. verſu 12. factum eſſe affirmant,
yri & proximorum ejus ſucceſſorum conniven-
potius, qvam ullo ipſorum juſſu & edicto,
ſtum eſſe oportet.

44. Ideo etiam qvod Eſa. 45. verſu 13. Cyrus
eroſolymam ædificaturus dicitur, non ſic in-
ligi debet, qvaſi aut edicto Cyrus id juſſiſſet,
t juxta exſecutionem ejus edicti, id eſſet factum:
andoqvidem contrarium, uti eſt oſtenſum,
ſtoria docet: & usq; ad Artaxerxen, civitatem ja-
iſſe plateis portis & muris orbatam: ſed eo
intelligi debet ſenſu: qvod partim Cyrus tem-
um ædificari juſſerit, ejusq; ex mandato, ut eſt
æ 5. verſu 16, fundamenta qvoq; templi &
are factum ſit: partim etiam ſuo exem-
o, & dum templum ita ædificari juſſit, ſimul-
Iſraelitas qvicunq; volebant, in Judæam redire
per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

permiſit, prima fuerit cauſa, ut Hieroſolyma ſi
deinceps ædificata rurſus, ejusq; muri denu
ſint exſtructi: qvandoqvidem Cyri ſucceſſore
Perſiæ reges, Cyrum ſibi qvam maxime imitan
dum proponebant, ut ideo *Herodotus* in fine li
bri tertii, nullum unqvam Perſarum exiſtimaſſ
ſe eſſe cum Cyro comparari dignum. In benign
tate qvoq; Judæis exhibenda, ipſos ſtuduiſſe Cy
rum imitari, ex Eſræ 5. verſu 17, & ſeqventibus e
manifeſtum.

45. Neq; etiam ſeptuaginta hebdomadun
ſupputatio, ſi ab anno edicti aut Cyri aut Dar
incipiatur, cum vaticinio congruit conſentitq
Nam ſi ab anno edicti Darii, qvi ut ex Eſræ 4. ve
ſu 24. Hagg. 1. v. 1. & cap. 2. v. 1. colligi po
teſt, fuit ejusdem Darii annus 2. ſupputatione
incipiamus, idem redit abſurdum, qvod ex in
cepta a verbo prophetico Zachariæ ſupputatio
numero 38. antea emergere eſt monſtratum
Nam Zachariæ illud verbum propheticum, in qva
to ejusdem Darii anno eſt editum: ſic ut edic
Darii & verbi prophetici Zachariani initia, bie
nio tantum ab invicem diſtent. Id qvod nulla
aliam varietatem hic inducit, qvam ut abſurd
tas ibi poſita, adhuc biennio hic augeatur. Et
ab anno edicti Cyri, qvi ut ex Eſræ 5. v. 13 liqv
primus Cyri in Babylonia regnantis erat annus
hebdomadum initium & ſupputatio ſumatur, f
niuntur hebdomades, plusqvam 70 annis ann

moiom

mortem Chriſti; ſiqvidem primus annus Cyri, in Babylonia regnantis, juxta Canonem Ptolomæi, qui in eo ſuffragatur Petavius de doctrina temporum & alii plures chronologi, erat Nabonaſſari annus 210, adeoq; periodi Julianæ annus 4176. am multis autem annis ante mortem Chriſti, oo hebdomades finiri, eſt manifeſto falſum, qvandoqvidem ſicut propoſitione 9. eſt demonſtratum, Chriſtus in ultima ſive ſeptuageſima hebdomade mortuus eſt. Liqvet ergo ſeptuaginta hebdomadum initium, in anno edicti aut Cyri aut Darii poſitum, æqve manifeſto falſa & abſurda ex ſe gignere, atq; in ullo huc relato verbo prophetico poſitum, de qvo propoſitione 16. antea actum, & cum vaticinio neqvaqvam conſentire. Qvod ſiqvis autem, ea abſurda declinaturus, intercalares annorum hebdomades, duxerit eſſe ſtatuendas, ſciat perfugium illud nihil eſſe, qvidem intercalares hæ hebdomades merum figmentum & fabula ſunt, recipiq; neutiqvam debent, de qvo plura dicta ſunt in propoſitione 15. ejusq; demonſtratione. Conſtat ergo initium hebdomadum, neq; in Cyri neq; in Darii edicto eſſe ponendum.

Propoſitio XVIII.

46. *Verbum illud & edictum, qvod verum ſeptuaginta hebdomadum eſt initium, eſt Artaxerxis Longimani de Hieroſolyma rurſus ædificanda edictum, an-*

no

no regni ejus vigeſimo prodiens. Adeoq; vigeſimus Ar-taxerxis Longimani annus, eſt ille a qvo ſeptuagin- hebdomades incipiunt,

Qvod edictum illud fuerit Artaxerxis edictu ſic probatur. Aut eſt Cyri aut Darii aut Artaxer-xis, memoratum in ſcripturis edictum. Qvartu enim non datur: & omnes tam Theologi qva chronologi, qvi regium Perſica ſub monarchi hoc ſtatuunt eſſe edictum, unius ex tribus illi Perſiæ regibus, agnoſcunt hoc eſſe edictum. Ja vero neq; Cyri neq; Darii, uti propoſitione 11 probavimus, eſt edictum. Ergo qvod unum re-ſtat, Artaxerxis eſt edictum. Artaxerxis aute non niſi geminum in ſcripturis, qvod huc rev catur, occurrit edictum: unum anni ejus ſeptim qvod Eſræ ſeptimo proponitur: alterum anni ej vigeſimi, qvod Nehemiæ 2. commemoratur. Pr dictum autem de Hieroſolyma edictum, in cuj tempore 70 hebdomades inceperunt, non eſt Ar taxerxis ſeptimi anni edictum. Nam per propo ſit. 16. eſt edictum de Hieroſolyma denuo ædi canda & reſtauranda: qvale non erat memor tum ſeptimi anni Artaxerxis edictum, qvippe ex Eſra liqvet, de Hieroſolyma ædificanda non agens, ſed duntaxat de iis, qvæ ad templum, ad Dei cultum in eo inſtituendum ſpectabant. C non obſtat, qvod Eſras capite 9. v. 10. de ejus e cti tempore dicit, Perſarum reges dediſſe Jud ſepem in Juda & Jeruſalem. Nam aliud ſep eſſe

aliud

illiud Civitas. Neq; illa ſeps Judæis data aud ſibi vult, qvam ut tuto vivere ipſis liceret in Juda, atq; Hieroſolymitano in templo ſarificia & alia ſacra tuto peragere. Qvare cum ptimi anni Artaxerxis edictum, non ſit initium ptuaginta hebdomadum, illud unicum reſtat, igeſimi ejus anni edictum, eſſe qvod ſeptuaginta ebdomadum exiſtit initium.

47. Illudq; vigeſimi anni edictum de Hieroſolyma rurſus ædificanda egiſſe conſtat. Nam Nehemias capite 2. ubi de hoc vigeſimi anni llicto, ſermo eſt, verſu 5. petit a rege, ut ſe mitt ad ædificandam rurſus Hieroſolymam. Et vod petiit, verſu 8. conceſſum qvoq; ſibi eſſe oendit. Atq; exſecutio qvoq; edicti, ſeqventibus ehemiæ memorata capitibus, a portis qvoq; & uris extruendis, ædificationis initium factum ſſe docet. Et capite XI. extra Hieroſolymam hatantium decimum qvemqve Hieroſolymam hatatum deinceps conceſſiſſe docetur. Conſtat ergo ptuaginta hebdomadarum initium, in vigeſimo no Artaxerxis eſſe factum, adeoq; ſupputationem ipſarum inde incipiendam eſſe.

48. Sed qvis ille Artaxerxes? Aut Longimaus aut Mnemon, ſicuti confeſſum eſt. Scaligerii Mnemonem fuiſſe dicunt, adducti levibus ibusdam concluſiunculis, eo fundamento ſurſtructis, qvod Darius ille, ſub qvo templum ificatum eſt, fuerit Mnemonis deceſſor Darius

No-

Nothus. Sed frivolum illud eſt fundamentum
falſumq;. Nam Darius ille, ſub qvo templum æd
ficatum eſt, non Nothus ſed Hyſtaſpis fuit, ſi
cut in diſſertatiuncula, de Dario templi ædificato
re oſtendimus. Si etiam 70 hebdomades, Art
xerxis Mnemonis anno vigeſimo, hoc eſt juxt
canonem Ptolemæi, cui alii qvoq; chronolo
accedunt, Nabonaſſari anno 363. adeoq; perio
Julianæ anno 4328 incepiſſent: tunc ante Traj
ni imperium finis eorum factus non eſſet; & ſi
plusqvam ſexaginta annis, ultra Chriſti morte
porrigerentur. Id qvod omnino falſum eſt, qva
doqvidem per propoſitionem 9. Chriſtus in ul
ma hebdomade mortuus eſt.

49. Præterea *Julius Africanus* apud Syncellu
Chronographiæ pagina 323, & Hieronymum
Danielis 9. nec non apud Euſebium Chronici Gr
ci libro 1. pagina 77. annum hujus Artaxerxis
geſimum, dicit incidiſſe in olympiadem 83.
qvod in Artaxerxis Mnemonis annum vigeſimu
neutiqvam qvadrat, qvippe qvi juxta modo di
incidit in periodi Julianæ annum, 4328, adeo
in olympiadem 98. qvæ plusqvam 14 olymp
dibus vel annis 56. ab olympide 83 abeſt. In Lo
gimani autem annum 20. aptisſime qvadrat co
venitq;, qvippe qvi juxta omnes, in octuage
mam tertiam incidit olympiadem. Conſtat e
Artaxerxen illum, in cujus tempore ſeptuagi
hebdomades incipiunt, omnino Longiman

... Artaxerxen, in vigeſimoq; ejusdem Longima-
... anno, hebdomadas easdem incepiſſe, ſuum-
... nactas eſſe exordium. Idq; ex veteribus tradi-
...unt qvoq; *Julius Africanus*, apud Hieronymum
... Danielis 9. *Theodoretus* & *Rupertus* in Dan. 9.
...*ryſoſtomus* oratione 3. contra Judæos, *Beda* de
...mporum ratione capite 7, & plures alii; ex re-
...ntioribusq; *Petavius*, de doctrina temporum li-
... 12, *Langius* de annis Chriſti, *Ricciolus* in Chro-
...logia, *Abrahamus Calovius* in Chronico Bibli-
... & in Bibliis illuſtratis, *Rob. Bailius* in Opere
...ronologico, *Jac. Uſſerius* in Annalibus & per-
...lti alii.

Propoſitio XIX.

...o. *Cum anni regum Perſicorum, & in illis qvoq; ...axerxis Longimani, ad ſupputandas ſeptuaginta ...domades, neceſſarii exiſtant, neq; de illis annis ve- ...s inter ſe conſentiant: perinde eſt, qvorumcunq; ve- ...m, de his Perſicorum regum annis, ſeqvamur nar- ...onem, dummodo ad rem præſentem qvadret, nul- ... falſi ſit comperta.*

...ermagna, profanis in ſcriptoribus; rebus ſu- ... antiqvis diverſitas, diſcrepantia & contradi- ... eſt. Ideo *Syncellus* Chronographiæ pagina 228. ...*u frequens*, inqvit, *inter eos eſt diſſenſus, ut vix ...s reperias, in omnibus inter ſemet conſentientes.* ...ille. Particulatim qvoq; de Perſicorum regum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

annis & negotiis, admodum inter ſe diſcord
diſcrepantq;. Itaq; *Paulus Burgenſis*, qvi ſub i
tium ſæculi decimiqvinti vixit, in Bibliis G
ſatis ad Danielis 9. *Hiſtoriæ*, ait, *regum Perſar*
& Medorum, plenæ ſunt diverſitatibus & contra
ctionibus Sic ille. Atq; *Schikkardus* procemi
Tarich, pagina 43, non eſſe in hiſtoria *veteri q*
qvam perplexius, aut ubi longius diſentiunt aucto
nec eam differentiam eſſe recentem, aut heri nudiu
tertius enatam. Qvibus ſimilia Thomas *Malve*
libro 2. de antichriſto capite 18. Specialiter qvo
de Artaxerxis Longimani annis, veteres diſſenti
multum: & alii qvadraginta, alii qvadraginta
num, alii qvadraginta duos ei attribuunt anno
patriq; etiam ejus Xerxi, cuius tempus, qvod
ex eis eſt, ex qvibus qvamdiu filii qvoq; dura
regnum, aliqvatenus colligi poterat, ejus inq
patri, alii annos viginti, alii annos viginti &
num attribuunt: & alia qvoq; plura ſunt, de
bus heic inter ſe diſcordant: neq; finiri ea diſſ
ita poſſunt, ut omnes hæ narrationes liqvido
ræ ſint, neceſſeq; eſt qvasdam exiſtere falſas. O
cum ita ſint, Græcas exſpectat calendas, qvi
rum de annis Perſiæ regum, & particulatim
Artaxerxis Longimani annis, eoq; ſpectanti
exſpectat inter ſe conſenſum. Unde qvæ hic
ſita eſt propoſitio, neceſſario conſeqvitur. M
cum Perſicis de regibus, eorumq; annis, &
ticulatim de Artaxerxis Longimani annis, ita

…r ſe diſcordent veteres, eorumq; cunctorum
…uſtra hic ſpectatur conſenſus, ad ſeptuaginta
…bdomadum chronologiam & annos, qvi in Per-
…orum regum, & particulatim in Artaxerxis Lon-
…mani comprehenduntur annis, exponendos
…monſtrandosq;, neutiqvam neceſſe eſt vete-
…m, qvasvis hac de re pro veris aſſumere narra-
…ones, easdemq; in ſupputatione hic facienda ſe-
…i: ſatisq; exiſtit, eas ex illis huc adhibere, qvæ
…adrant, falſiqve non reperiuntur deprehenſæ.

Propoſitio XX.

… 51. *Anni 490 ex qvibus 70 hebdomades, juxta*
…poſit. 4 conſtant, non ſunt anni ſolares vel Juliani,
…ſunt lunares, ſive absq; intercalatione menſis deci-
…tertii, ſuo tempore adjiciendi, ſive cum illa inter-
…atione; nec deniq; ſunt anni Nabonaſſarei, ſive me-
…365. dierum; ſed ſunt Chaldaici illi vel Ægyptiaci,
…orum qvisq; 360 conſtat diebus, non pluribus nec
…ucioribus.

…Hoc verum eſſe inde liqvet, qvod cum 70 hebdo-
…des, adeoq; hi qvoq; 490 anni, ex qvibus con-
…nt, per propoſitionem 18, ab Artaxerxis Longima-
…anno vigeſimo incipiant, ab eo principio, nume-
…ti anni, neq; Juliani, neq; Nabonaſſarei, neq; lu-
…res intercalati, vel non intercalati huc qvadrent,
…tales 490 conſtituant. Ideoq; de omnibus, qvi
…putationes hic, ex modo dictis duxere annis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

hactenus rectiſſime *Jungemannus*, Danielis refer
libro 2. ſectionis 2. capite 2. & 3. ne unicum q
dem hactenus eſſe repertum, qvi illos 490 ann
ex antiqvis hiſtoricis & chronologis, computan
deducere ac demonſtrare valuerit.

52. Qvare cum illi non qvadrent anni, alii
circumſpicere oportet, qvi illis locis & region
bus, ubi eccleſia præcipue fuit, uſitati extiteru
& huc conveniunt. Qvales nulli occurrunt, pr
terqvam prædicti Ægyptiaci vel Chaldaici, trece
torum ſexaginta dierum anni: qvippe qvi non
modo apud Græcos, Romanos & alios popul
ubi eccleſia potiſſimum extitit, ceu in Pho
phori recenſu numero 48. & 49 eſt oſtenſu
uſurpati fuerunt, ſed & aptiſſimi huc exiſtu
inq; eventu vaticinio exacte concordant: ceu
inceps, in propoſitione 24, & 25. eſt monſt
tum.

Propoſitio XXI.

53. *Sexaginta novem priores hebdomades, ſive Æ ptiaci anni 483. conſtituunt annos Julianos qvadr gentos ſeptuaginta ſex, cum ſuperfluis viginti dieb*

Qvod ſexaginta novem priorum hebdomad
rum, anni 483, ſint Ægyptiaci 360 dierum an
ex ſuperiore propoſitione 20 conſeqvitur. Q
autem 483 Ægyptiaci tales anni, ſint Juli
anni 476. cum ſuperfluis viginti diebus, inde co
ſtat, qvod dies 1461, ceu inter aſtronomos co

cho

Chronologos, certum eſt & confeſſum, conſti-
tuant Julianos annos qvatuor: qvippe ex qvo re-
ſiduum iſtud, per regulam trium conſeqvitur.

Propoſitio XXII.

54. *Earundem ſexaginta novem priorum hebdomadum, anni Ægyptiaci 483. nec non ſeqventis ſive ultimæ hebdomadis, anni qvatuor priores, ſimul ſumti, conſtituunt Julianos annos qvadringentos octoginta.*

Hujus propoſitionis hæc cauſa & ratio eſt, qvod 487 anni Ægyptiaci, annos Julianos conſtituant qvadringentos octoginta.

Propoſitio XXIII.

55. *Omnes ſeptuaginta hebdomadum Ægyptiaci anni 490 conſtituunt Julianos annos, qvadringentos octoginta duos, cum ſuperfluis diebus 344.*

Poſitô per propoſitionem 20, ſeptuaginta hebdomadum annos 490, eſſe Ægyptiacos 360 dierum, propoſitio data, ſua ſponte inde conſeqvitur.

Propoſitio XXIV.

56. *Ab anno 20 Artaxerxis Longimani, usq; ad Chriſtum ducem vel miniſterii Chriſti initiũ, revera decurrerunt, ſexaginta novẽ priores hebdomades, ſive anni Ægyptiaci 483, vel Juliani anni qvadringenti ſeptuaginta ſex.*

Nam ab initio hebdomadum, usq; ad initium miniſterii Chriſti, per propoſitionem 7, decurrunt hebdomades 69 priores, ſive anni 483. iiq; anni 483. per propoſitionem 20. ſunt anni Ægyptia-

ptiaci 360 dierum, & per propoſit. 21. valen
annos Julianos qvadringentos ſeptuaginta ſex,cu
aliqvot ſuperfluis diebus. Qvare cum per prop
ſit. 18. initium 70. hebdomadum, factum ſit a
no 20. Artaxerxis Longimani; utiq; ab illo ann
20 Artaxerxis Longimani, usq; ad miniſteriu
Chriſti, prædicti priorum 69 hebdomadaru
anni Juliani 476. decurrerunt.

57. Atq; tot annos Julianos, ab 20 Artaxe
xis Longimani anno, usq; ad initium mini
rii Chriſti defluxiſſe, hiſtoria qvoq; docet, ſic
aliqvanto latius oſtendemus probabimusq;. A
teqvam autem id fiat, præmonemus, verba, usq
ad Chriſtum ducem, ſive usq; ad initium mini
ſterii Chriſti, vel incluſivo vel excluſivo capi p
ſe ſenſu: excluſivo qvidem ita, ut initium m
niſterii Chriſti excludatur, ab illis 69 hebdo
dis, & non inceperit, niſi omnibus partibus ſex
geſimæ nonæ hebdomadis elapſis: incluſivo a
tem ſenſu ita, ut in ejusdem ſexageſimæ no
hebdomadis ultima parte, nempe vel menſe
anno vel alia portione, idem Chriſti inceperit
niſterium: Monemus etiam, in aliis qvoq; ſa
ſcripturæ dictis de illis, qvæ dicuntur ab uno
usq; ad aliud vel fieri vel eſſe, utriusq; ſenſus
reperiri exempla: excluſivi qvidem in Moſaicæ
gis verbis, erit immundus usq; ad veſperam
nec non in verbis Matth. XI. Lex & prophetæ u
ad Johannem, aliisq; ſimilibus. Incluſivi aut

ſeqventibus dictis, Geneſ. 46. v 34. Paſtores
gis fuimus a juventute, usq; ad nunc. Exodi 12.
ſu 18. Edetis, azyma a die 14, usq; 21. diem
veſpera. Num. 22. v. 29. Aſina in qva e-
taſti, usq; in præſentem diem. Matth. 1. v. 17.
Abrahamo usq; ad Davidem, ſunt qvatuor-
im generationes. Matth. 27. v. 64 jube ob-
nari ſepulchrum, usq; ad diem tertium Ver-
88. Ager ille, dicitur ager ſangvinis, usq; ad ho-
rnum diem. Act 2 verſu 29 Sepulchrum apud
eſt, usq; ad hunc diem Actor 13 v. 20. De-
eis judices usq; ad Samuelem prophetam. Et
smodi alia plura ſunt dicta. Liqvet ergo, verba
exclusivo qvam incluſivo accipi poſſe ſenſu,
utriusq; in aliis conſimilibus dictis exſtare ex-
pla.

158. Ad probationem autem ut accedamus,
rationes qvidem veterum, qvæ incluſivo fa-
videntur ſenſui, non tanti negotii eſt reperi-
qvippe cui inſervientes, diverſæ ultro offe-
t ſeſe. Inter qvas hæc una eſt, qvod pri-
s Artaxerxis Longimani annus, in Canone
lemæi, ponatur Nabonaſſari annus 284. qvi
nus Nabonaſſari, comparatione annorum ve-
chronologica, die 17. Decembris, in periodi
anæ anno 4249 incepit. Dico comparatio-
vere Chronologica, tradita a Petavio in parte
Rationarii & paſſim a Chronologis. Nam illa
paratio annorum Nabonaſſareorum, cum pe-

riodi Julianæ annis, qvæ chronologiæ Helvicii-
næ eſt inſerta, manifeſto falſa exiſtit: qvippe po
Nabonaſſari annum 228, nullum Nabonaſſari-
orum annorum numerum, recte ponens, & pe
petuo in unitate aberrans. Idem qvoq; Nabona-
ſari annus, 284, tanqvam juxta Canonem Pto-
lemæi, Artaxerxis primus, incidit in olympiad
78 annum qvartum: cui ſuffragatur, qvod
Diodori Siculi Bibliothecæ libro XI. Xerxes eode
olympiadico anno, ponatur mortuus, eidemq; ſt
tim ſucceſſiſſe filius Artaxerxes. Id qvod eode
recidit: ſiqvidem olympiadis 78 annus qvart
in æſtate de periodo Juliana anni 4249 incep
Hæc autem ideo incluſivo inſerviunt ſenſui, qvo
ſic periodi Julianæ annus partim 4249. part
4250 evadant Artaxerxis primus; adeoq; vige
mus ejusdem Artaxerxis annus, evadat perio
Julianæ annus partim 4268. partim 4269. O
vigeſimo Artaxerxis anno, ſi adduntur ſexagi
novem priorum hebdomadarum anni Juliani,
qvibus conſtant, nempe anni Juliani 476: ſi
duntur, inqvam, minus uno, ut oportet, ſum
reddit annum Julianum partim 4743, hoc
æræ Chriſtianæ annum trigeſimum, qvo Chri
miniſterium incepit, partim proxime ſeqvent
annum 4744. hoc eſt æræ Chriſtianæ trigeſim
primum, qvo Chriſtus idem miniſterium co
tinuavit.

59 Verior tamen, haud dubie excluſivus

ſi

ſenſus, ſive Chriſtum, exactis demum ſexaginta novem prioribus hebdomadibus, & in ipſa proxime ſeqventis ſeptuageſimæ anno primo, miniſterium incepiſſe, qvandoqvidem in unâ, id eſt ſeptuageſima hebdomada, pactum dicitur confirmaturus eſſe multis, eaq; confirmatio, per ea qvæ dicta ſunt propoſitione nona, numero 26, cum Chriſti mortem, tum etiam doctrinam, adeoq; totum haud dubie miniſterium comprehendit: qvippe in qvo Chriſtus, tum morte ſua, tum doctrinis & miraculis, pactum confirmavit. Ideo etiam ex veterum, de annis regum Perſicorum, & nominatim Artaxerxis Longimani annis, narrationes, qvæ excluſivo conveniunt ſenſui, veriores haud dubie exiſtunt, & properea illæ potius, qvantum ſatis eſt, hic adducentur, & ad præſens negotium applicabuntur. Mirum autem non ſit, eas prioribus illis diſcordare, cum veteres, hocce in negotio, per propoſitionem 19. neutiqvam conſentiant inter ſeſe, ut eorum certus fruſtra hic exſpectetur conſenſus concordiaq;.

60. Qvæ autem pro ſenſu excluſivo, ſive pro eo qvod Chriſtus, non niſi exactis prorſus ſexaginta novem hebdomadis miniſterium inceperit, perilludq; ut dux publicitus innoteſcere occeperit: proq; ejus juſta & legitima ſupputatione faciunt, in veterum hiſtoricis occurrentia narrationibus, ad ea qvæ ſeqvuntur reduci poſſunt. Artaxerxes Longimanus, accurate loqvendo, non regnavit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

aut juxta Diodorum Siculum qvadraginta, au
juxta Canonem Ptolemæi, qvadraginta & unum
annis, ſed potius juxta *Cteſiam Gnidium*, apud
Photium in Bibliotheca, annos qvadraginta du-
os. Et tam diu ipſum regnaſſe, inter recentiores
qvoq; *Langius* de annis Chriſti, libri 2, capite 15.
& *Ricciolus* Chronologiæ libro 5. capite 8. ſuis et-
iam concludunt ex rationibus.

61. Atq; ſolius qvoqve Cteſiæ teſtimonium hic
ſtis eſt. Nemo enim ex veteribus, qvorum hac de re
ſcipta exſtant, certiorem plenioremq; rei hujus ha-
bere potuit notitiam, qvàm ipſe. qvippe in Artaxer-
xis Mnemonis vivens aula: adhæc regias de eo
membranas, qvas legebat, ante ſe habens, im
qvibusq; Perſæ antiqvas res geſtas, ſecundum le-
gem qvandam habebant deſcriptas: uti apud *Di-
odorum Siculum* libro 2. docetur. Culpant qvi-
dem qus in phyſicis narrationes, *Ariſtoteles* Ani-
malium libro 8. capite 20. & *Antigonus* in libro
de mirabilibus, dum ejus phyſica qvædam lau-
dans, qvædam vituperat. Verùm res hæc phyſica
naturalisq; non eſt, ſed mere hiſtorica, & ex
aulæ Perſicæ membranis regiis, ut apparet, de-
ſumta. Reprehendunt etiam qvidem ejus hi-
ſtorica, *Strabo* Geographiæ libro XI. & *Plutarchus*
in Artaxerxe. Sed iidem ſimul reprehendunt hi-
ſtorica Herodoti, qvem *Cicero* libro 2. de orato-
re, principem hiſtoriæ ſcribendæ appellat, & non-
nul

Tullii etiam hiſtoricorum patrem. *Plutarchus* qvoq; integrum librum compoſuit, de malignitate Herodoti, in hiſtoria ſcribenda. Adeo ut Strabonis Plutarchiq; judicio, ſi hic eſſet ſtandum, non modo Cteſiæ, ſed & Herodoti, Perſicis de rebus fides eſſet culpanda, & ſic nihil fere Perſica de hiſtoria, profanis in auctoribus haberemus certi: qvidem poſteriores ſcriptores, rerum eo pertinentium qvid narrantes, fere aut Herodotum, aut Cteſiam ſunt ſecuti. Ipſe qvoq; *Plutarchus* in Artaxerxe, aliqvoties, rejecto Dinone, Cteſiæ, in his rebus præfert fidem.

62. Et videmus alios qvoq; veteres Cteſiæ relationibus habuiſſe fidem, nominatim *Demetrium Phaleræum*, *Athenæum*, *Clementem Alexandrinum*, *Stephanum Byzantium*, nec non *Xenophontem* libro 1. de expeditione Cyri; pro ut docent, qvæ ex illis, Andr. Schottus in Bibliotheca Photii, ad Cteſiæ Perſica allegavit. *Diodorus* qvoq; *Siculus*, nec non *Trogus* aliiq;, ceu *Gerh. Voſſius* opere de hiſtoricis Græcis refert, plus Cteſiæ crediderunt qvam Herodoto, & eum, qvam Herodotum ſeqvi maluerunt. *Deniq;* in hoc qvoq; ſuper Artaxerxis annis negotio, nemo ſcriptorum hodie ſuperſtitum, a Cteſia hic diſſentit, niſi qvi trecentis aut amplius annis, junior eſt ipſo: cujusmodi in negotiis, multo major prioribus qvam poſterioribus, veluti confeſſum inter eruditos exiſtit, debetur fides.

62; Pla

63 Ptolemæi qvoq; Canon, qvi potiſſimus eſt
inter diverſa a Cteſia hic tradentes, in aliis etiam
ponit, qvæ ſunt falſa: velut Cambyſen octo an
nis regnaſſe, nullumq; intermedium inter ipſum
& Darium imperaſſe: cum ex Herodoti libro
capite 83. conſtet, intermedium fuiſſe Smerdin
q; Cambyſen, ſeptem modo annis & qvinq; me
ſibus regnaſſe, non autem octo annis. Simil
eſt, qvod Canon idem, Laboroſardochum omi
tit, qvem *Beroſus* apud Joſephum, libro 1 cont
Appionem & alibi allegatus, dicit fuiſſe Nab
nedi proximum anteceſſorem. Item qvod Cano
idem, nullum intermedium ponit, inter Art
xerxen Longimanum atq; Darium Nothum, cu
revera tamen Xexes ſecundus & Sogdianus inte
ceſſerint. Xerxi qvoq; primo, Canon idem anno
viginti & unum attribuit, cum rectius cæteri v
teres pleriq;, non niſi viginti annos attribuan
ipſi. Et alia plura in Canone Ptolemæi minus a
curate dicuntur, errore qvidem raro ultra bie
nium, a veris aberrante numeris, nihilo tame
minus aberrante. Ideoq; *Petavius* qvoq; de do
ctrina temporum libro 10. capite 7. totum q
dem Canonis intervallum, a Nabonaſſaro ad Al
xandrum Magnum fideliter exhiberi ait: nihili
tamen minus, regum qvorundam annos ep
chasq;, poni depravate: idq; *Scaligerum*, Canon
num Iſagogicorum libro tertio, obſervaſſe qvo
Qvod etiam, hocce in negotio, Canon ide

rtaxerxi Longimano tantum annos 41. attribu-
fieri ideo qvoq; potuit, qvod patri Xerxi unum
nnum plusqvam par erat, nempe unum & vi-
nti attribuerit: qvalia alias qvoq; facit Et corri-
is poteſt error, annum ultimum qvem Xerxi
tioſe adſcribit, ab illo ablatum transferendo,
ll filium ejus & ſucceſſorem Artaxerxen, cujus
vera erat, ſic ut hac ratione, is canonis error
t ſublatus, vulnusq; illud majori ex parte cu-
tum Merito igitur teſtimonio Cteſiæ, & ei con-
ntientium, hic eſt ſtandum, atq; Artaxerxen
ongimanum, duobus & qvadraginta annis re-
aſſe, eſt pro certo agnoſcendum.

64. Porro mortuus idem Artaxerxes Longima-
us eſt, periodi Julianæ anno 4289 jam adulto.
am juxta Diodorum Siculum, Archonte Athe-
is Stratocle mortuus eſt, hoc eſt periodi Julia-
æ anno prædicto, nempe 4289: ei enim anno
eriodi Julianæ, prædictus convenit Archon, ve-
ti Archontum ſeries, in *Petavii* libro 13. de tem-
ore, & in aliorum hiſtoricorum chronologorum-
ſcriptis oſtendit. Eodemq; periodi Julianæ
nno, Artaxerxen hunc mortuum eſſe, inter recen-
ores qvoq; ſtatuit *Petavius* in doctrina tempo-
um, libro 10. capite 29. nec non Langius de
nnis Chriſti, libro 2. capite 15. In adulto autem
rædicto anno 4289. mortuum eſſe Artaxerxen,
nde colligi poteſt: qvod *Thucydides* Hiſtoriæ li-
ro qvarto capite 289, belli Peloponeſiaci anno
ſepti-

ſeptimo, in hyeme, ipſum mortuum eſſe tra dat. Qvippe belli Peloponeſiaci anni, aucto eodem Thucydide, initio libri 2, circa ineunt veris tempus inchoati ſunt, & primus ejuſdem belli annus, veluti Petavius Rationarii parte 2. l bri tertii capite XI. oſtendit, periodi Julianæ fu annus 4283. ut propterea ſeptimus belli Pelop neſiaci annus, fuerit prædictus periodi Julian annus 4289, in cujus hyeme, adeoq; ultima pa te, mortuus hic eſt Artaxerxes. Qvare cum an nis 42. juxta ea qvæ ſunt dicta, Artaxerxes Lo gimanus regnaverit, periodiq; Julianæ anno 428 ejusq; ultima parte mortuus ſit, de annis 428 detrahendo annos 42 minus uno, primus ejusde annus, periodi Julianæ annus 4248 evadit.

65 Si autem idem periodi Julianæ annus 424 Artaxerxis Longimani fuit primus, utiq; vige mus ejusdem Artaxerxis annus, fuit periodi J lianæ annus, 4267, & propterea ſeptuaginta qv q; hebdomadum primus. Addantur ergo ſex ginta novem priorum hebdomadum anni, ad J lianos reducti: conſtituunt autem, uti propoſiti one 21. eſt monſtratum, annos Julianos 476. A dantur inqvam, uno minus, qvandoqvidem ſe tuaginta hebdomadum annus primus, eſt per a tea dicta, Artaxerxis vigeſimus & periodi Julian annus 4267. Ita ergo additis annis Julianis 47 ſumma exhibet periodi Julianæ annum 4742, ſi æræ Chriſtianæ annum 29, tanqvam ſexageſim

nonon

nonæ hebdomadis ultimum. Atq; ſic proxime qvens, æræ Chriſtianæ annus 30, in qvo Chri-tus per propoſitionem 8. miniſterium incepit, ateſcit eſſe ſeptuageſimæ ſive ultimæ hebdoma-is annus primus. Atq; hæc eſt prima, ex hiſtori-orum narrationibus ſumta probatio vel demon-ratio.

66. Alteram pro eodem probationem, ſive de-monſtrationem, Xerxis regnantis præbent anni, vi hujuſce Artaxerxis Longimani fuit pater. egnavit autem Xerxes, non ut eſt in Canone tolemæi & Diodoro Siculo, plusqvam viginti nnis, ſed revera viginti duntaxat annis, qvippe vod præſenti negotio conformius eſt. Et vigin-i modò annos ejus imperio, permulti tribuunt eteres. Inter qvos *Euſebius* in Chronico Latino, agina 30. & 131. & in Græco Canone Chroni-o, pagina 266. Totidem annos Xerxi attribu-nt, Canonis eccleſiaſtici, Perſicorum de regum nnis auctores, apud Syncellum Chronographiæ aginæ 206. Item, Anonymus in Excerptis, ex uſebio & Africano, aliisq; veteribus, qvæ exſtant n Euſebii Chronico Latino pagina 79. atq; Au-tor *συναγωγῆς ἱστοριῶν*, in opere Græco Chro-ici Euſebiani, pagina 369. Item, *Hieronymus* in zechielis qvartum, *Proſper* in Chronico integro er Labbæum edito, *Iſidorus Hiſpalenſis* in ſuo chro-ico, nec non in Originum libro qvinto capi-

te

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

te 43. *Ado* in Chronico, *Beda* in libro de ſex æ-
tatibus, & libro minore de temporibus capit
21. *Julianus Toletanus* in fine libri 2. contra Judæ-
os. *Freculphus* chronici tomo 1. capite 4. *Qvint*
deniq; Julius Hilario, ſæculi qvarti pater, in libe
lo de duratione mundi, ne totis qvidem vigin
annis, Xerxen regnaſſe ſcribit, ſed aliqvanto m
nus Xerxem enim hunc vocans Artaxerxen ſecu
dum, ſicuti Cambyſen antea appellaverat Art
xerxen ſimpliciter, ait eum regnaſſe novendeci
annis duobusq; menſibus. Revera itaq; Xerxe
Artaxerxis Longimani pater, viginti tantum re
navit annis.

67. Jam vero primus ejusdem Xerxis annu
intervallo inter autumnum de periodo Julian
anni 4228, & autumnum anni de periodo J
liana 4229 comprehenditur. Nam in Euſeb
chronico tam Latino qvam Græco, idem prim
ejus annus ponitur olympiadis ſeptuageſimæ ſe
tiæ annus qvartus; qvi annus olympiadicus
autumno periodi Julianæ anno 4228 incipieb
& in periodi Julianæ autumno anno 4229. de
nebat. Olympiadicos enim annos *Euſebius*,
in chronico opere, non putat more commun
ſed ſuo & peculiari, qvi hic exiſtit, ut annu
qvemq; olympiadicum inchoet ab autumno,
dos olympicos proxime præcedente; veluti
cum Petavio *Antonius Pagus* in diſſertatione de
riodo Græco Romana, numero 64. monſtr

vare inter utrosq; memoratos autumnos pri-
us Xerxis annus cohibetur omnino. Idemq; ip-
m inde qvoq; porro probatur, qvod in iiisdem
ronicis Euſebius, annum primum Xerxis con-
tuat Abrahami annum 1532. Nam is annus
rahami, itidem inter autumnum anni 4228,
autumnum anni 4229 comprehenditur conti-
turq;: ſiqvidem juxta *Petavium* in rationarii
rte 2, libro primo, Euſebii anni Abrahami, ad-
is annis Julianis 2597. in annos periodi Julia-
convertuntur, & qvidem ita, ut annus ille
rahami finiatur in autumno vel ſeptembri ejus-
m anni de periodo Juliana, incipiat autem in
oxime præcedente autumno vel ſeptembri. Li-
t ergo verum eſſe qvod dictum eſt, primum
rxis annum, inter autumnos anni 4228 &
29, omnino comprehendi intercipiq;.

68. Eidemq; non obſtat, qvod Xerxis pater
deceſſor Darius Hyſtaſpis, apud Herodotum
o ſeptimo & alios, Herodoti narrationem,
madmodum apparet ſeqventes, totis triginta
annis regnaſſe dicatur: qvodq; idem Darius, jux-
a qvæ ex eclipſibus partim *Langius* de annis Chri-
ibro 2. cap. 15. partim *Petavius* in doctrina tem-
um libro 10 capite 18. adducunt, oſtenduntq;
ultima parte anni 4192. aut prima parte an-
4193. imperium iniiſſe reperiatur. Hoc in-
m non obſtat, ſiqvidem incertum eſt, qvô
ini aut 4192. aut 4193. tempore, Darius Hyſta-

 ſpis

ſpis regnare inceperit. Et Euſebius qvoq; in ch[illegible]
nico, primum ejus annum, ponit annum Ab[illegible]
hami 1496, nec non olympiadis 64. annum
qvartum, qvorum annorum uterq;, juxta men[illegible]
ratas antea numero 67. Euſebii methodos, in [illegible]
tumno de periodo Juliana anni 4192. incepit. [illegible]
etiam Petavius & Langius, locis antea memoratis [illegible]
eclipſibus adducunt, nempe ex eclipſi anno
Darii cadente in 25. Aprilis & altera anno
Darii, cadente in 19. Novembris, non aliud
ſpectans probant, qvam primum annum D[illegible]
non incepiſſe, poſt 19. Novembris in anno 41[illegible]
Qvo non obſtante, potuit incepiſſe anno 41[illegible]
circa 19. Novembris aut deinceps.

69. Neq; etiam conſtat, qvales illi 36. a[illegible]
ſint, qvos Darii imperio Herodotus, & ex eo d[illegible]
ceps alii attribuerint, & pro vario annorum
nere, annus ſæpe aut longior aut brevior eva[illegible]
Si etiam illi 36. anni, ſunt Ægyptiaci 360.
rum anni, qvales in oratione Solonis ad Crœſu[illegible]
idem Herodotus libro 1. uſurpat, aliis qvoq;,
tempore imperii Perſici, aut antea, vel dein[illegible]
vixerunt, uſitatos, veluti teſtimonia in [illegible]
phori apocalyptici recenſu numero 48. & 49.
ducta monſtrant, ad illud qvod in præſenti [illegible]
gotio reſpicitur, iidem anni facile accom[illegible]
dantur: qvandoqvidem Ægyptiacus ejusmodi [illegible]
nus, qvinq; ad minimum diebus Juliano mi[illegible]
exiſtit, illiq; qvinq; dies, tot annorum interva[illegible]

unum collecti,aliqvot omnino menſes conſti-
unt demum;facileq; præſtant,ut ſi 36. anni,qvos
rodotus Dario adſcribit,360.dierum fuerint an-
ultimus annus Darii,ad periodum Julianam con-
matus,aliqvot menſibus in fine caruerit. Salvum
o& ratum manet,primum a morte patris Darii,
rxis annum, inter autumnos de periodo Juliana
ni 4228.& 4229. intercipi contineriq;.

70. Cum itaq; primus Xerxis annus inter au-
nnum anni 4228. & autumnum anni 4229.
mprehendatur, neceſſario illinc conſeqvitur,
eſimum ſive ultimum Xerxis annum, inter au-
nnum anni 4247. & autumnum anni 4248.
nprehendi. Intervallum enim exacte eſt vi-
ti annorum, ſicut unusqvisq; etiam in digitis
nputare poteſt. Porro idem ipſum inde qvo-
probatur, qvod idem ultimus Xerxis annus, in
onico Euſebii ponatur eſſe Abrahami annus
1. Nam is annus Abrahami, juxta memora-
antea numero 67. Abrahameorum annorum
hodum, itidem incipit in autumno de perio-
Juliana anni 4247. & deſinit in autumno anni
8. Tandem etiam idem illinc confirmatur,
in eodem Euſebii chronico, ille idem Xer-
ltimus annus, ponatur eſſe olympiadis 78. an-
tertius. Qvippe olympiadicus ille annus, ju-
memoratam antea numero 67. Euſebii
odum, itidem incipit in periodi Julianæ
mno anni 4247. & deſinit in autum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

no anni 4248. Quæ cum ita ſint, certum omm
no eſt, vigeſimum ſive ultimum Xerxis annu
inter autumnos anni 4247. & 4248. contin
comprehendiq;

71. Hiſce ita deductis, porrò notamus, X
xen non totos & completos viginti regnaſſe
nos, ultimumq; ſive vigeſimum ejus annum,
iſſe incompletum. Nam, ut antea numero
ex Qvinto Julio Hilarione audivimus, nove
cim tantum integris annis, & duobus præte
menſibus regnavit. Si igitur de ultimo ſive vi
ſimo ejus anno, decem, uti oportet, auferi
tur menſes, reperitur idem Xerxes, non uti
odori Siculi in libro XI. & Canonis Ptolem
poſtulant numeri, periodi Julianæ anno aut 42
aut 4249, ſed potius ejusdem periodi anno 42
regnare deſiiſſe, & qvidem aliqvo poſtremo
ejusdem anni menſium: ſic ut proxime ſeqv
annus 4248. factus ſit filii ipſius Artaxerxis L
gimani annus primus. Neq; obſtat Artaban
in Euſebii chronico, aliisq; veterum ſcriptis,
morari inter Xerxen & Artaxerxen, ſeptem reg
ſe menſibus. Nam id Artabanus fecit, ut vi
us Artaxerxis, a qvo totus pendebat, ſicut C
as apud Photium, *Juſtinus* libro tertio & D
rus Siculus libro XI. oſtendunt. Ideoq; etiam
qvi hiſtorici, Artabanum hic prorſus omitt
qvipe regiam non conſecutum auctoritatem,
tectiq; modo dignitate utentem.

72.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

1772. Oſtenſum itaq. eſt, primum Artaxerxis
num, fuiſſe periodi Julianæ annum 4248. Si
em primus Artaxerxis annus, fuit periodi Ju-
æ annus 4248, utiq; vigeſimus ejusdem Ar-
erxis annus, fuit, uti manifeſtum eſt, periodi
ianæ annus 4267. Conſtituto autem & evictô,
eſimum Artaxerxis annum, fuiſſe periodi
ianæ annum 4267, ex eo, plane ut in prima
umentatione vel demonſtratione, conſeqvitur
d, qvod demonſtrare ſuſcepimus, ſcilicet ſexa-
imæ nonæ hebdomadis annum ultimum, vel
geſimo anno Artaxerxis numeratum, annum
anum 476, fuiſſe periodi Julianæ annum 4742,
æræ Chriſtianæ annum 29. Nam ad periodi
anæ annum 4267, ut Artaxerxis vigeſimum &
uaginta hebdomadum primum, additis Ju-
is annis 476, uno minus, ſumma exhibet
dictum periodi Julianæ annum 4742, hoc eſt
Chriſtianæ annum 29: ſic ut proxime ſe-
ns annus, æræ Chriſtianæ trigeſimus, qvô
iſtus miniſterium iniit, evadat ſeptuageſimæ
ultimæ hebdomadis annus primus. Id qvod
oſtendendum.

Propoſitio XXV.

*3. Annus Chriſti emortualis, ſive æræ Chriſtia-
rigeſimus tertius, revera fuit ab initio hebdomadum,*

ſive ab anno 20. Artaxerxis Longimani numeratus
annus Ægyptiacus 487. vel Julianus qvadringenteſim
octogeſimus, adeoq; ultimæ ſive ſeptuageſimæ heb-
madis annus qvartus vel medius.

Hoc ſic probatur. Annus Chriſti emortualis
fuit per propoſitionem XI annus æræ Chriſti-
næ trigeſimus tertius: fuit etiam ultimæ ſive
xageſimæ hebdomadis annus qvartus vel me-
us, qvandoqvidem Chriſtus per propoſitione
10, in medio ultimæ hebdomadis anno mo-
tuus eſt; tum & fuit per propoſitionem 12, a
norum, qvi ſeptuaginta hebdomadibus pro-
me comprehenduntur annus 487: & cum i
anni, per propoſitionem 20, fuerint 360. d
rum anni Ægyptiaci, utiq; idem emortua
Chriſti annus, per propoſitionem 22, fuit
initio hebdomadum numeratus Julianus an
qvadringenteſimus & octogeſimus. Qvod a
tem idem emortualis Chriſti annus fuerit, a
geſimo anno Artaxerxis Longimani, tanqva
ſeptuaginta hebdomadum initio, numerat
qvadringenteſimus & octogeſimus Julianus a
nus: inde liqvet, qvod annus vigeſimus Art
xerxis, qvi per propoſitionem 18, erat ſeptu
ginta hebdomadum primus, ſimul per ea q
propoſitionis 24. numero 65. & 72. di
ſunt, fuerit periodi Julianæ annus 4267. Na
ſi ei anno periodi Julianæ, ut ſeptuaginta he

doma

…madum primo, adduntur anni Juliani 480
…o minus, ſumma exhibet periodi Julianæ an-
…num 4746, hoc eſt æræ Chriſtianæ annum
…ggeſimum tertium, qvi per antea dicta vere
…ortualis Chriſti fuit annus. Conſtat ergo, an-
…num Chriſti emortualem, ſive æræ Chriſtianæ
…ggeſimum tertium, fuiſſe ab initio hebdoma-
…m, vel a vigeſimo anno Artaxerxis numera-
…m, annum Julianum qvadringenteſimum
…ſtogeſimum, adeoq; ultimæ ſive ſeptuageſi-
…æ hebdomadis annum qvartum vel medi-
…um.

Propoſitio XXVI. ſive ultima.

… 74. *Ultimus ſeptuaginta hebdomadum annus, … t æræ Chriſtianæ annus trigeſimus ſextus.*

…Nam, omnes ſeptuaginta hebdomadum an-
…, per propoſitionem 23. conſtant modo Ju-
…nis annis qvadringentis octoginta duobus,
…m ſuperfluis diebus 344. hoc eſt, ut rotun-
…mus numerum, Julianis annis 483. Qvare
…m per propoſitionem 18. ſeptuaginta heb-
…mades, anno vigeſimo Artaxerxis Longima-
… inceperint, & is annus per ea, qvæ pro-

X 4 poſitio-

poſitionis 24. numero 65. & 72. ſunt dicta
fuerit periodi Julianæ annus 4267: ſi ei ann
periodi Julianæ 4267. tanqvam ſeptuaginta heb-
domadum primo, adduntur prædicti Juliani
anni 483, minus uno, ſumma exhibet perio-
Julianæ annum 4749. hoc eſt æræ Chriſtian
annum trigeſimum ſextum, tanqvam ſeptua-
ginta hebdomadum annum ulti-
mum.

Tantum.

AU-UA

AUCTARIUM

alterum:

ſive

Diſſertatiuncula,

de

Perſiæ Rege Dario,

cujus tempore templum ſecundum eſt ædificatum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

75 Sub Dario qvodam Perſiæ Rege, Judæorum Templum ſecundum, ſive poſterius conſtat eſſe ædificatum, idq; cœptum eſſe ædificari anno ſecundo ejusdem Darii, ex Eſræ qvarto & qvinto capite liqvet, abſolutumq; eſſe anno ejusdem Darii ſexto, ex Eſræ 6. verſu 15. conſtat. Qvis autem Darius ille fuerit, diverſæ ſunt ſententiæ. Scaligeriani, ſive qvi Joſephi Scaligeri chronologiam, aut ex toto, aut ex parte ſeqvuntur, Darium hunc Nothum fuiſſe ajunt: reliqvi autem tam Theologi, qvam Chronologi, Darium Hyſtaſpen fuiſſe dicunt: idq; merito. Rem enim & argumenta pro utraq; parte, accuratius ponderando, illa de Dario Notho templum ædificari curante vel jubente ſententia; omnino reperitur falſa: reliqva autem plane & certo vera. Ideoq; in ſuperiore Diſſertatione de ſeptuaginta hebdomadibus, numero 48, ut certum & indubitatum poſuimus, Darium hunc, ſub qvo templum eſt ædificatum, non Nothum fuiſſe ſed Hyſtaſpen. Vaneq; & falſo id a nobis non eſſe factum, hac diſſertatiuncula oſtendetur, & qvidem ita, ut prius vera confirmetur ſententia, deinde qvæ illi opponuntur argumenta, refellantur reſolvanturq;.

Pars prior.

veram ſententiam certis firmans argumentis.

76. Seqventibus autem argumentis rationibusqq;, vera certa & tuta probatur confirmaturq; ſententia. *Primum* ſit. Darius ille, cujus anno ſecundo ædificari cœptum eſt templum, fuit proximus poſt Cyrum Darius, Darius autem non Nothus ſed Hyſtaſpes, fuit proximus a Cyro Darius Ergo Darius cujus tempore templum eſt ædificatum, non Nothus fuit ſed Hyſtaſpes. Minor extra controverſiam eſt. Conſtat enim inter omnes, Darium a Cyro proximum fuiſſe Hyſtaſpen. Major autem ſive qvod Darius templum ædificans, fuerit proximus a Cyro Darius, confirmatur ab Eſra capite qvarto. Nam ibi verſu 4. & 5. de cœpta qvidem ſub Cyro ædificatione templi, ſed ſucceſſum nullum habente, & uſq; ad Darium nuncce impedita, ita Eſras: Et populus terræ impediebat manus populi Judaici, & turbabant eos, ne ædificarent, omnibus diebus Cyri Perſiæ regis, & usq; ad regnum Darii Perſiæ regis, qvibus in verbis, Darius non poteſt eſſe aliqvis a Cyro remotior Darius, veluti Darius Nothus, inter cujus initium & Cyri finem, plusqvam centum interceſſerunt anni: omnino autem eſt proximus a Cyro Darius ſive Hyſtaſpis filius: ſiqvidem in locutionibus, qvæ aliqvid uſqve ad qvid,

aut

aut fuiſſe aut factum eſſe dicunt, non remotius ſed propius intelligi ſolet: veluti in dictis Levitici, immundus erit usq; ad veſperam, non remotior ſed proxima intelligitur veſpera: & pariter in hiſce dictis Joſ. 8. v. 29. regem Ai ſuſpendit usq; ad tempus veſperæ, Judic. 16. v. 13. Samſon cubuit uſq; ad dimidium noctis 1. Sam. 3. v. 35. Et cubuit Samuel usq; ad mane. Geneſ. 32. v. 24. Vir luctatus cum eo eſt usq; ad auroram; aliisq; innumeris conſimilibus; illud ad qvod usq; res facta eſſe dicitur, eſt ejus nominis proximum, non autem longinqvius atq; remotius: maxime cum res ejusdem nominis propior, non minus celebris notaq; eſt, qvam remotior; ſicut hic fuit Darius Hyſtaſpis, vel a Cyro proximus, qvippe celeberrimus omnium Perſiæ Regum, qvibus Darii fuit nomen: & conditor qvoq; familiæ, ex qva deinceps Perſiæ reges, longo ſunt exorti tempore. Qvali in caſu, nulla loqvendi ratio concedit, ut præterito proximo, eoq; omnium longe celeberrimo, longinqvior, isqve multo minus celebris intelligatur.

77. *Secundum* argumentum. Inter Cyrum & Darium templi ædificatorem, duo tantum intermedii Perſiæ fuerunt reges. Ille autem Darius, qvem inter & Cyrum, non niſi duo intermedii Perſiæ fuerunt reges, ſicuti confeſſum eſt, alius non exſtitit, qvam Darius Hyſtaſpis. Duos autem duntaxat inter Cyrum & Darium, ſub qvo tem-

templum eſt ædificatum, intermedios Perſiæ fuiſſe reges, inde colligi poteſt, qvod Eſras capite qvarto verſu 6. & 7. omnes, qvi intermedii fuerant recenſurus, non niſi Aſſverum memoret & Artaſaſtam. Et in humana qvoq; hiſtoria, inter Cyrum & Darium Hyſtaſpin, duo tantum intermedii occurrunt reges, Cambyſes & Smerdis, qvi ad duos Eſræ intermedios Aſſverum & Artaſaſtam facile revocantur. Nam Eſræ prior intermedius ſive Aſſverus omnino eſt Cambyſes. Solum enim Cambyſen proximum Cyri conſtat fuiſſe deceſſorem. Et Aſſverum hunc fuiſſe Cambyſen, Judæi qvoq; veteres in *Seder olam minore*, nec non in *Rabbi Abrahami Levitæ Cabala* tradunt. Eidemqs ex Chriſtianis recentioribus ſuffragantur *Uſſerius* in Annalibus, *Calovius* in Bibliis illuſtratis, *Petavius* in Rationarii parte 2. & permulti alii.

78. Et cum Aſſverus Eſræ ſit Cambyſes, Artaſaſta, qvi eo poſterior apud eundem Eſram ponitur, non poteſt alius eſſe, qvàm prædictus Smerdis, a Cteſia dictus *Tanyoxarxes*, & a Juſtino in libro primo, *Oropaſta*. Neq; diſconvenit ei nomen Artaſaſta, vel juxta interpretes Artaxerxes. Oropaſta enim & Artaſaſta idem ſunt, & ab invicem paucarum modo literarum permutatione variant. Et generale qvoq; Perſiæ regum nomen erat, ut omnes Artaſaſtæ dicerentur vel Artaxerxes. veluti Judæi veteres, in *Seder olam Rabba* capite 30. & recentiores Judæi, ex traditione veterum, in Rabbi

Davi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Davidis Gantzii Chronologia, pagina 55. & 175. referunt. Atq; *Herodotus* libro ſexto, Artaxerxen, idem ait valere, qvod μεγας ἀρήϊος, magnus bellator: qvales omnes Perſiæ reges audire volebant. Eqvidem *Diodorus Siculus* Bibliothecæ libro 15. non niſi poſt Artaxerxen Mnemonem, nomen Artaxerxis, Perſicorum regum, cenſet factum eſſe commune. Sed in eo ſanè fallitur. Conſtat enim illos Perſarum reges, qvi alias qvoq; habebant nomina, jam diu ante Artaxerxen Mnemonem, ſimul Artaxerxis appellatos eſſe nomine.

79. Inter qvos primo *Darius Medus*, qvem Septuaginta interpretes, referente Hieronymo in Danielis 6. Artaxerxen qvoq; appellant. Atq; *Cedrenus* etiam in Compendio hiſtoriarum, nec non Græca hiſtoriarum Collectio in Euſebii Chronicorum volumine, pagina 397. eundem Darium Medum, dicunt appellatum qvoq; eſſe Artaxerxen. *Deinde* Darii Medi ſucceſſor *Cyrus* etiam Artaxerxes eſt vocatus, ſicuti *Syncellus* Chronographiæ pagina 236. & 244: item tractatus Thalmudicus *Roſch haſchana*, prout a *Galatino* in libro qvarto Catholicæ veritatis capite 15. allegatur, juxta ac *Cedrenus* in Compendio teſtantur. *Tertio* Cyri ſucceſſor Cambyſes qvoq;, eodem Artaxerxis appellatus eſt nomine, ſicut *Qvintus Julius Hilario*, pater ſæculi qvarti, in libello de duratione temporum, nec non Galatinus loco citato oſten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

oſtendunt. *Quarto* Xerxes, eodem Artaxerxis nuncupatus eſt nomine, ſicut dictus Hilario te-ſtatur, qvippe tam Xerxen qvam Cambyſen Ar-taxerxis appellans nomine. Deniq; ut reliqvos omittamus, Aſſverus Eſtheræ maritus, eo qvoq; Artaxerxis nomine eſt vocitatus. Nam ſic in ver-ſione Græca, dicta Septuaginta interpretum ap-pellatur, nec non a Doſitheo, qvi tempore Pto-lemæi & Cleopatræ vixit, idq; in Additamento ad Eſtheram capite XI. Hic autem Eſtheræ mari-tus, qvicunq; demum fuit, Artaxerxe tamen Mnemone, prior fuit. Artaxerxis enim Mnemo-nis tempore, ut ex Joſephi libro 1 contra Appionem colligi poteſt prophetæ ſive canonici deſierant ſcriptores. Et Eſtheræ 2 verſu 5. & 6. nec non in Additamento ad Eſtheram capite XI. v. 2. & 3. ea qvoq; de Mardocheo Eſtheræ referuntur, ex qvi-bus ipſum, ad Artaxerxis Mnemonis tempora non perveniſſe, liqvet. In nomine ergo Artaſaſta, ni-hil impedimenti eſt, qvo minus, prædictus Eſræ Artaſaſta fuerit Smerdis. Et nihilo magis qvid in eo eſt impedimenti, qvod a nonnulis objicitur, apud Eſram alios Artaſaſtæ, alios ſuccedentis ei Darii nominari præfectos: qvandoqvidem in regnis & imperiis perqvam uſitatum eſt, ut rege mutato, præfecti qvoq; mutentur. Ratum ergo manet, Darium, ſub qvo templum eſt ædifica-tum, fuiſſe Darium Hyſtaſpem.

80. *Tertium* pro eodem argumentum. Ab

Hie-

Hieroſolymæ per Chaldæos facta vaſtatione,usq;
ad templi ſecundi ſub Dario ædificationem, eran
anni circiter ſeptuaginta: & Darii templum ædi
ficari curantis annus tam ſecundus, qvo ædifica-
tio incepit, qvam qvartus in qvo continuabatur
erant in fine illorum ſeptuaginta annorum, ab
illaq; Hieroſolymæ vaſtatione, circiter vel ro
tunde numeratus annus ſeptuageſimus. Darii au
tem non Nothi, ſed Hyſtaſpis annus ſecundus &
qvartus, erant ita in fine illorum ſeptuaginta an
norum. Ergo non Darius Nothus ſed Hyſtaſpi
erat ille Darius, ſub qvo templum eſt ædificatum
Major argumenti ex Zachariæ capite primo &
ſexto confirmatur. Nam ibi capite 1, verſu 12, i
ſecundo Darii templum ædificari curantis anno
angelus de vaſtatione Hieroſolymæ ait: Qvamdi
Domine non miſereberis Hieroſolymam & urbe
Judæ, qvibus hiſce ſeptuaginta annis iratus fuiſti
Et capite 7. verſu 5. in anno qvarto ejusdem Da
rii, Dominus, toti terræ populo ac ſacerdotibu
dici jubet, cum jejunaſtis hiſce 70 annis, an
mihi jejunaſtis? Ex qveis apud Zacharia
verbis, & Darii templum ædificantis ann
partim ſecundo, partim qvarto prolatis, illud pri
mo liqvet, ædificationem templi, qvippe ut e
Eſræ 4. verſu ultimo & Eſr. 5. v. 1. anno ſecund
Darii cœptam, & ut eſt Eſræ 6. verſu 15. ſext
ejusdem Darii anno abſolutam, circa finem eo
rundem ſeptuaginta annorum, ab ira Dei in Hi

ri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

roſolymam & urbes Judæ effuſa numeratorum,
ſſe factam. Deinde ex iisdem verbis liqvet, qvod
usdem Darii annus ſecundus & qvartus, fuerint
a in fine vel circa finem eorundem ſeptuaginta
nnorum, ut ab initio ejus iræ fuerint ſimul an-
us circiter, vel rotundam per numerationem ſep-
ageſimus. Exacta enim numeratione, non uter-
ſed alteruter modò ſeptuageſimus eſſe poſſet.

§ 81. Qvod autem initium, illius ſeptuaginta an-
rum iræ, fuerit Hieroſolymæ a Chaldæis obſeſ-
vaſtatio, inde liqvet: qvod ab ædificatione
mpli cum ſucceſſu facta, retrorſum numerando
citer annos ſeptuaginta, nulla alia in hiſtori-
occurrat in Hieroſolymam & civitates Judæ
uſio iræ divinæ facta, qvæ huc qvadrat, niſi
a qvæ initium habuit, qvando Hieroſoloma per
haldæos eſt vaſtata, & tandem funditus exciſa,
mplumq; exuſtum, & reliqvum qvoq; qvod in
dæa erat, a Chaldæis iisdem oppreſſum. Reli-
æ enim Hieroſolymæ & Judææ calamitates, aut
ulto longius, aut multo brevius, qvam ſeptu-
nta circiter annis, ante templi ædificationem
eptæ fuerunt. Ideoq; etiam horunce ſeptuagin-
annorum, iræq; in Hieroſolymam & Judæ ur-
effuſæ, initium & exordium, in Hieroſoly-
per Chaldæos exercita vaſtatione, factum eſ-
tradidit qvoq; ex veteribus *Euſebius* in Chro-
olympiadis 59 anno 4. & olympiados

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

47. anno 2; ibidemq; allegatus ex libro prim
Stromatum *Clemens Alexandrinus* Idemq; fac
Hieronymus procœmio Commentatorium in Hag
gæum & *Auguſtinus* de civitate Dei libri 18, cap
te 26. aliiq; plures. Neq; his obſtat, deſolati
onem Hieroſolymæ, etiam poſt ædificatum tem
plum, usq; ad Artaxerxis tempora duraſſe. Nam
ira Dei, de qva loqvitur Zacharias, juxta ac d
ſolationis Hieroſolymitanæ paroxyſmus, ædific
to templo qvod præcipua Hieroſolymæ ſtructur
erat, ceſſavit tamen: ceu ex Zach. 1. v. 13.
& 17. nec non Eſræ 9. verſu 9. colligi poteſt.

81. Ad minorem dati qvod ſpectat argumen
ti, prior pars ſive qvod Darii Nothi annus ſ
cundus qvartusq;, non fuerint in fine eorundem
a vaſtatione Hieroſolymæ numeratorum ann
rum ita, ut dictum eſt, inde confirmatur
qvod ab excidio Hieroſolymæ facto per Cha
dæos, usq; ad Darii Nothi annum ſecundum
qvartum, effluxerint anni non ſeptuaginta m
do, ſed plusqvam bis ſeptuaginta, nempe ce
tum ſexaginta & amplius: & adhuc plures a
ejusdem vaſtationis initio ſive ultimæ obſidi
nis Hieroſolymitanæ per Chaldæos factæ exordi
qvippe qvod, ut ex Jerem. 52. v. 4. & capi
39. v. 1. conſtat, biennio fere ipſum Hieroſ
lymæ excidium anteceſſit: adeo ut Darii N
thi annus ſecundus qvartusq;, nullis vel fidic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

…es eo extendi poſſint, ut ad finem ſeptuaginta annorum, a Hieroſolymæ vaſtatione numerato-rum accedere poſſint, qvippe ab eo plusqvam nonaginta remoti annis.

§ 83. Tantum autem, ut dixi, inter vaſtatio-nem Hieroſolymæ per Chaldæos, & illos Darii Nothi annos fuiſſe intervallum, inde maniſe-ſtum eſt, qvod Darii Nothi annus ſecundus, ju-xta Ptolomæum in Canone & alios chronolo-gos, fuerit Nabonaſſari annus 326, qvi die 7.De-cembris in periodi Julianæ anno 4291. ince-pit, adeoq; maxima ex parte concurrerit cum periodi Julianæ anno 4292., & qvar-tus ejusdem Darii Nothi annus, propterea con-currerit maxima ex parte, cum periodi Julianæ anno 4294. annus autem Hieroſolymitani exci-dii per Chaldæos facti, fuerit periodi Julianæ annus aut 4127. aut 4128. Nempe periodi Julia-næ annus 4128. fuit, ſi Nebucadnezaris annus decimus nonus, qvô juxta Jerem. 52. verſum 12. Hieroſolymæ factum eſt excidium, compu-tetur a qvarto Joakimi anno, tanqvam Nebucad-nezaris monarchiæ & ſolitarii regni primo, inq; quo Nebucadnezar mortuo patre ſolus regnare cœpit: qvi qvartus Joachimi annus Jeremiæ cap: 25. verſu 1. primus Nebucadnezaris dici-tur annus. Periodi autem Julianæ annus 4127. ejusdem excidii fit annus, ſi decimus nonus Ne-

 bucad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

bucadneſaris annus, putetur a tertio dicti Joach-
mi anno, tanqvam Nebucadnezaris primo,
cum patre regnantis anno: qvandoqvidem idem
Nebucadneſar Dan, 1. v. 1. in eodem tertio Jo-
achimi anno, patre ſuo adhuc vivente, rex di-
citur Babyloniæ. Et ex Beroſo apud Joſephum li-
bro 1. contra Appionem, & Antiqvitatum libri
10. capite XI. colligi qvoq; poteſt, ipſum ultim-
patris ſui anno, cum ipſo jam tunc ægrotante, ſi-
mul regnaſſe. Plura de excidio Hieroſolymita-
no, cadente in periodi Julianæ annum aut
4127. aut 4128. numero 40. & 39. antea ſunt
dicta: Supputetur jam, qvantum periodi Julian-
annus 4127. vel 4128, tanqvam Hieroſoly-
mitani excidii annus, a Periodi Julianæ annis
4292 & 4294. tanqvam Darii Nothi anno ſecun-
do & qvarto diſtet; & intervallum usq; ad Da-
rii Nothi annum ſecundum reperitur eſſe circi-
ter 164. annorum, usq; ad qvartum autem ejus-
dem Darii annum, eſſe circiter annorum 166.

84. Poſterior pars Minoris, de Dario Hy-
ſtaſpe, & qvod ejus annus ſecundus, nec non
qvartus, in fine fuerint annorum ſeptuaginta, a Hie-
roſolyma per Chaldæos facta vaſtatione, numera-
torum, ſic probatur. Darii Hyſtaſpis annus primus
aut ejus initium, juxta Euſebium in Chronico, inci-
dit in annum Abrahami 1496. & in olympiadis 6

annum

annum qvartum, qvorum annorum uterq;, juxta methodum Euſebii, de qva antea numero 57. dictum eſt, incepit inter autumnum de periodo Juliana anni 4192. & autumnum anni 4193. Qvare ſecundus ejusdem Darii Hyſtaſpis annus, incepit inter autumnos de periodo Juliana anni 4193. & 4194. & propterea qvartus ejusdem Darii Hyſtaſpis annus, incepit inter autumnos anni 4195. & 4196. Hieroſolymæ autem per Chaldæos exciſæ annus, juxta antehac dicta numero 83. fuit periodi Julianæ annus aut 4127. aut 4128. & propterea annus, qvo cœpit per Chaldæos facta Hieroſolymæ obſidio ultima, in qva eſt vaſtata, qvippe juxta Jerem. 52. v. 4. & capitis 39. v. 1. excidium Hieroſolymæ biennio circiter præcedens, fuit periodi Julianæ annus aut 4125. aut 4126. Ponendo itaq; initium prædictorum ſeptuaginta annorum, in anno cœptæ obſidionis, adeoq; & vaſtationis iræq; in Hieroſolymam effuſæ exordio, annus ſecundus Darii Hyſtaſpis, fit ab illo initio aut ſeptuageſimus, aut ſeptuageſimus primus: & qvartus ejusdem Darii annus, fit aut 72. aut 73. Et ponendo initium illorum ſeptuaginta iræ vaſtationisq; annorum, in ipſo Hieroſolymæ excidio, ſecundus ejusdem Darii annus, fit illinc annus aut 67. aut 68. & qvartus ejusdem Darii annus, indidem numeratus, fit aut 69. aut exacte ſeptuageſimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Unde manifeſtiſſimum eſt, ædificationem tem-
pli, in ſecundo & qvarto ejusdem Darii anno fa-
ctam, eſſe circa finem eorundem ſeptuaginta an-
norum factam: nec non tam ſecundum qva
qvartum Darii Hyſtaſpis annum, fuiſſe eorun-
dem ſeptuaginta annorum circiter, vel rotund-
numeratum ſeptuageſimum: qvandoqvidem ſep-
tuaginta, ſive exacte talia, ſive uno, duobu
vel tribus aut deficientia aut abundantia, rotun-
de vel præter propter ut appellant, ſeptuagin-
nihilominus dici ſolent: veluti apud auctore
tam veteres qvam recentiores, immo & qvoti-
diana in experientia, loqvendi docet uſus: qvi-
pe in qvo tales locutiones innumeræ occurrun
reperiunturq;.

§5. *Qvartum* pro Dario Hyſtaſpe, templum
ædificari curante argumentum. Daniel capit
noni verſu 2. in libris Jeremiæ prædictum dici
eſſe, ſeptuaginta annos fore ad Hieroſolyma va-
ſtationes complendas. Itaq; elapſis ab initio Hi-
roſolymitanæ vaſtationis annis ſeptuaginta, Hie-
roſolymæ vaſtatio, aut eſt finita aut efficacite
finiri cœpta. Atqvi ſi templum, non ante Dari
Nothi annum ſecundum, cum ſucceſſu ædificari
inceptum, Hieroſolymæ deſolatio vel vaſtatio ela-
ſis ſeptuaginta annis, neq; finta eſt, neq; efficacite
finiri cœpta eſt: ſiqvidé a vaſtatione Hieroſolym

usq; ad Darii Nothi annum ſecundum, veluti
numero 82. & 83. eſt oſtenſum plusqvam cen-
tum & ſexaginta interfuerunt anni. Si autem
Darii Hyſtaſpis anno ſecundo, cum ſucceſſu
cœptum eſt ædificari templum, Hieroſolymæ
deſolatio & vaſtatio, non qvidem tunc plane eſt
finita: qvandoqvidem civitas ipſa, ſicuti antea
numero 43. & 47. eſt monſtratum,
usq; ad Artaxerxis Longimani tempora, ſuis
muris, & portis orbata & maxima ex parte de-
ſolata jacuit & vaſtata: efficaciter tamen & cum
ſucceſſu finiri eſt ſuſcepta, templi ædificatione
efficaciter incepta, & qvarto illinc anno, veluti
Eſræ 6. verſu 15. liqvet conſummata. Qvæ
cum ita ſint, templum ſub Dario non Notho,
ſed Hyſtaſpe, eſt ædificatum & exſtructum.

§. 86. Neq; his obſtat, qvod nonnulli obji-
ciunt, illam ſeptuaginta annorum Hieroſolymæ
vaſtationem, anno primo Cyri, adeoq; diu ante
Darium, efficaciter finiri eſſe inceptam: idq;
etiam 2. Chron. 36. verſu 21. & 22. innui o-
ſtendiq;. Nam non ita revera eſt, ut in objectione
dicitur. Septuaginta enim anni, qvi anno
primo Cyri ſunt terminati, & citato 2.
Chron. 36. commemorantur locô, non ſunt
vaſtatæ Hieroſolymæ anni ſeptuaginta, ſed Ba-
bylonicæ captivitatis vel ſervitutis ſeptuaginta an-
ni:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ni: qvatenus iidem captivitatis vel ſervitutis anni
ni, ſimul complectebantur Hieroſolymitanæ de-
ſolationis priorem partem, & qvæ in ea fuera
feſtorum Judaicorum ceſſationem, primoq;
Cyri determinabatur anno. Eosdemq; captivita-
tis vel ſervitutis ſeptuaginta annos, utut Jeremi
25. verſu 11. ſimul cum vaſtitatis Hieroſolymita-
næ annis commemorentur, ab iis tamen revera di-
ſtinctos fuiſſe, partim ex diverſis ſacræ ſcriptu-
ræ dictis, nempe, Dan. 9 v 2. Zach. 1. v. 12.
& capite 7. v. 5. partim ex eventu colligi poteſt:
qvippe manifeſtò oſtendente, ultra primum Cy-
ri annum, qvo captivitas eſt ſoluta, Hieroſoly-
mæ deſolationem adhuc multis duraſſe annis. Et
Chriſtiani qvoq; veteres, captivitatis ſeptuaginta
annos, ab Hieroſolymitanæ deſolationis annis tra-
diderunt fuiſſe diverſos: nominatim *Euſebius* in
Chronico ad olympiados 59, annum qvartum
Theodoretus in Danielis nonum: & *Hieronymus*
partim commentario in Jerem. 29 partim proœ-
mio Commentarii in Haggæum, nec non in Za-
chariæ 1. & 7. aliiq;: qvos ex recentioribus ſeqvi-
tur *Calovius* in Bibliis illuſtratis & complures
alii. Primus qvoq, Cyri annus, non erat a va-
ſtatione Hieroſolymæ ſeptuageſimus, ſed potius
qvinqvageſimus circiter: & qvod eodem anno
Cyrus templum ædificari juſſerit, nullum, ſicut
hiſtoria apud Eſram docet, habuit ſucceſſum, fa-

cto eſt

poſitoq; duntaxat altari, rudibusq; templi fundamentis jactis, qvæ deinceps deſerta ſunt, opus ipſum usq; ad ſecundum Darii annum eſt impeditum, & tunc demum templum efficaciter & cum ſucceſſu ædificari eſt cœptum, qvartoq; illius ab hinc anno abſolutum conſummatumq;.

87. *Qvintum* argumentum. Tempore illo, qvô Darius templum ædificari curavit, multi Judæi, qvi prius templum in ſua viderant gloria, ita vegeti adhuc erant, ut ad ſecundum accedentes templum illud videre, de ejusq; judicare poſſent ſtatu. De qveis Haggæus capite 2. v. 3. Dicite, inqvit Dominus Sorobabeli & Joſvæ Joſedechi filio, qvis ſuperſtes inter vos eſt, qvi vidit domum (primam) in ſua gloria, & qvando videtis hancce, nonne comparata illi qvaſi nihil eſt? Atq; eosdem utramq; domum videntes fuiſſe multos, ex Zach 7. verſu 5 colligere qvoq; licet: ubi ad terræ populum ſacerdotesq; de intervallo inter utramq; domum dicitur, cum his 70 annis jejunaſtis, an mihi jejunaſtis. Nam illi ſeptuaginta anni, cum utraq; domo vel templo cohærebant, antè cum priore templo, qvod exſcindebatur, ponè autem, cum poſteriore templo, qvod in exciſi locum rurſus exſtruebatur. Jam vero ſpatium inter vaſtatum a Chaldæis prius templum, usq; ad Darii Nothi

annum ſecundum, veluti & antea numero 83 eſt monſtratum, plusqvam centum & ſexaginta erat annorum. Qvare ſi Darii Nothi anno ſecundo, templum eſt ædificari cœptum, neceſſum eſt multos tunc Judæos, in Judæaq; ſimul viventes exſtitiſſe, qvi non minus, qvam 170 180 vel 190. erant annorum, & nihilominus ita vegeti adhuc exiſtebant, ut templum adire, de ejusq; ſtatu gloriaq;: judicium, ut diximus, ferre poſſent. Id autem non credibile eſt, & ſi diligentius conſideretur, a nullis niſi mirabiliariis ſtatui poteſt, qviq; ut ſuas qvalitercunq; fundatas, defendant opiniones, ad miracula & prodigia ſine neceſſitate & absq; certis rationibus confugiunt: ſiqvidem iſtis temporibus, immo a Moſis usq; tempore, uti ex Pſalmo 90 colligere licet, rarum erat, qvenqvam ultra octogeſimum centeſimum aut paulo amplius vivere annum.

88. Ideo etiam *Sibylla* apud Phlegontem in Opuſculo de longævis, longiſſimum hominum vitæ tempus, ait eſſe centum annorum & decem. Et alii qvoq; de his retulere temporibus, hominem ultra centum annos vivere non potuiſſe: veluti Ægyptii apud Plinium libri XI, capite 37. Atq; *Cenſorinus* de die natali capite 17. perſpicuum ait eſſe, centeſimo anno longius vitam non poſſe produci. Nec non

Varro

arro atq; Dioſcorides ab eodem citati, conſtare ominem plus centum annis vivere non poſſe. *iradices* qvoq; capitis 18. v. 9. ait, cum multi ominis ſunt anni, numerum eorum eſſe cen- um annos. Sic illi. Si qvi etiam poſt Moſis mpora, longius produxerunt ætatem, qvo- um nonnullos memorat *Plinius* libro 7. capite 7. *Phlegon* in libro de longævis & alii veteres, ter recentioresq; *Jungemannus* Danielis reſera- libro primo pagina 840: exempla ea, aut pro- igioſa ſunt duntaxat: aut mendoſa & figmen- : in nonnullis etiam, ejus generis uſurpan- r anni, qvorum duo, tres aut qvatuor unicum untaxat vulgarem conſtituunt annum, veluti um annus vocantur menſes aut ſex, aut tres aut nus duntaxat: uti & Plinius dicto obſervavit cô, ideo qvoq; illarum narrationum multas, *ſcitia temporum* accidiſſe addens.

89. Neq; etiam neceſſitas ulla, ad tam rara prodigioſa, in hac templi ædificatione ſtatuen- , deſcendere cogit: ſiqvidem poſitô, illum arii annum ſecundum, qvo cœptum eſt ædifi- ri templum, fuiſſe Darii Hyſtaſpis annum ſe- ndum, utrumq; templû vidiſſe poterant, qvi eo arii Hyſtaſpis anno, non niſi nonaginta circi- r erant annorum. qvandoqvidem Darii Hy- ſpis annus ſecundus per ea, qvæ antea, nume-

ro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ro 84. ſunt dicta non niſi ſeptuageſimus a vaſtato & exuſto templo, erat circiter annus.

90. *Sextum* argumentum. Si Darii templum ædificari curantis, annus ſecundus, in ſexageſimam qvintam incidit olympiadem, & ſextus ejusdem Darii annus in ſexageſimam ſextam cecidit olympiadem: utiq; Darius hic, non Nothus fuit, ſed Hyſtaſpes. Verum autem eſt prius. Ergo & poſterius: & connexio qvoq; extra controverſiam eſt. Verum autem eſſe prius, antiqvi eccleſiaſtici ſcriptores docent; qvorum ex ſententia traditioneq;, *Euſebius* in Chronicis, ſecundum Darii templum ædificantis annum, ait incidiſſe in prædictam olympiadem 65: & *Hieronymus* in Danielis 9. ejusdem Darii templum ædificantis annum ſextum, incidiſſe in olympiadem ſexageſimam ſextam.

91. *Septimum* ſive ultimum argumentum. Si Darius ſub qvo templum eſt ædificatum, fuiſſet non Hyſtaſpes ſed Nothus, tunc ſeptuaginta hebdomades, ante Darii Nothi annum primum inceptæ non fuiſſent: qvandoqvidem per diſſertationis de ſeptuaginta hebdomadibus propoſitionem 16. a regis Perſiæ Hieroſolymam denuo ædificari jubentis edicto inceperunt: exq; Eſra & Nehemia conſtat, illum Perſiæ regem non an-

tea

ee Darium ſub qvo templum eſt ædificatum, ſed oſt ipſum exſtitiſſe, & antea templum Perſiæ egis Darii juſſu, deinceps autem Hieroſolymam oſam, Artaxerxis Perſiæ regis juſſu & edicto eſ- e denuo exſtructam. Falſum autem omnino ſt, ſeptuaginta hebdomadas, non ante Darii lothi primum incepiſſe annum: qvandoqvi- em per ejusdem de 70 hebdomadibus diſſerta- onis propoſitionem 9. & 11. Chriſtus in ul- ma ſive ſeptuageſima hebdomade, & anno æræ hriſtianæ trigeſimo tertio mortuus eſt: cum oſito, ſeptuaginta hebdomades, non ante Darii lothi annum primum incepiſſe, illud conſeqve- tur, ultimam hebdomadam, non ante bellum udaicum, qvo Hieroſolyma ſub Tito Veſpaſi- nno eſt deleta, adeoq; plusqvam viginti annis, a orte Chriſti elapſis, incepiſſe demum. arii enim Nothi annus primus, juxta Cano- is Ptolemaici, & peritiorum Chronologorum onſenſum, erat Nabonaſſari annus 325, qvi pe- odi Julianæ anno 4290. die 7. Decembris in- pit.

92. Diverſis ergo argumentis, confirmatum evictum eſt, Darium, ſub qvo templum ſe- undum eſt ædificatum, fuiſſe non Nothum, d Hyſtaſpen. Idemq; *Joſephus* Antiqvitatum bro XI. & omnes pæne Chriſtiani veteres, tam Græ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Græci qvam Latini, Sulpitio duntaxat Severo prout Pererius in Danielem libro XI. refert, ex-cepto, ſtatuerunt, dixeruntq; : & ex recentio-ribus *Petavius* in doctrina temporum; *Rob. Ba-illius* in Opere Chronologico, *Langius* de anni- Chriſti, *Abrahamus Calovius* in Eſræ 4. *Pererius* in Danielem, *Joh Vorſtius* in diſſertationibus Aca-demicis: & reliqvi, qvos Joſephi Scaligeri haud in parte præcipitantia, nimiaq; ſui ingenii con-fidentia, non faſcinavit; inebriavitq;.

Pars Poſterior,

contrariorum argumentorum vel objectionum exhibens ſolutionem.

93. Ratum ergo & firmum eſt, Darium ſub qvo templum ſecundum eſt ædificatum, non fu-iſſe Nothum, ſed Hyſtaſpen. Neq; ullius mo-menti ſunt argumenta, qvæ contra objiciuntur. Idq; pateſcet, eadem recenſendo & ſolvendo. *Pri-mum* eſt. Si Darius templum ædificari curans non eſſet Nothus, ſed Hyſtaſpes, tunc non opus fuiſſet, in regum Perſiæ archivis reqviri, an ul-lum pro Judæis de templo eorum ædificando, Cy-rus tuliſſet edictum: ſicut in hoc negotio fa-

ctum

[illegible]um eſſe, Eſras capite 5. verſu 17. & capite 6. rſu 1. commemorat: qvandoqvidem ab anno imo Cyri, qvo edictum illud Cyri eſt promulcum, usq; ad annum ſecundum Darii Hyſtaſ, non niſi novendecim circiter interceſſerunt ni. Hactenus argumentum. Sed nulla ejus t connexio, qvandoqvidem, qvod in eo ut abrdum & incredibile habetur, neutiqvam reve- & in ſemet tale exiſtit. In regum enim aulis rſæpe fieri ſolet, ut octo vel decem, nedum todecim vel novendecim transactis annis, res tea facta, ita in oblivionem venerit, ut de ejus bitetur veritate, exq; archivis denuo ſit reqvinda perveſtigandaq;.

994. *Secundum* argumentum, qvodq; diſſentitium in hac cauſa eſt præcipuum. Cujus Da- Perſiæ regis immediatus deceſſor, aliqvis eſt taxerxes, & immediatus ſucceſſor, itidem alis Artaxerxes, is non Darius Hyſtaſpis eſt, ſed othus. Sed Darius, ſub qvo templum eſt ædifium ita Ergo. Verum minor argumenti falſt. Nam Darii ejus, ſub qvo templum eſt æicatum, immediatum ſucceſſorem, fuiſſe aliem ſtricte & preſſe dictum Artaxerxen, vero n eſt conſentaneum. Qvanqvam enim Eſras, [illegible] narrata Darii templum ædificari curantis neia, ad regis Artaxerxis, Judaicæ genti faven-

tis

tis res, capitis ſeptimi verſu 1. transiens ait: *poſt hæc facta Eſras in regno Artaſaſtæ Perſiæ regis - - - aſcendit Hieroſolymam*, & qvæ ſeqvuntur: eundem tamen Artaſaſtam vel Artaxerxen, Darii ante memorati immediatum fuiſſe ſucceſſorem nusqvam dicit. Et poſt alium is qvoq; eſſe, aut res gerere dicitur, qvi ipſum longo ſeqvitur intervallo, ceu ex innumeris in hiſtoria tam divina qvam humana conſtat exemplis.

95. Neq; etiam ex eo Artaxerxen ſtricte dictum, immediatum Darii hujus fuiſſe ſucceſſorem, poteſt inferri, qvod ibidem capitis 6 verſu 14 templum de ſententia Cyri & Darii & Artaſaſtæ Perſiæ regis, dicitur ædificatum, & Darii regis anno ſexto eſſe conſummatum. Nam contrarium potius illinc conſeqvitur, nempe Artaſaſtam vel Artaxerxen in illis commemoratum verbis, non fuiſſe immediatum Darii ſucceſſorem: ſiqvidem Darius in anno regni ſui ſexto, nullum habuit ſucceſſorem. Et cum is Artaſaſta vel Artaxerxes Darii templum ædificari curantis, non fuerit ſucceſſor, conſeqvens eſt, ut potius ejusdem Darii fuerit anteceſſor, nempe Artaſaſta ille, qvi Eſræ 4. 5. 6 & 7 Aſſuero ſeu Cambyſi poſtponitur, Dario autem templum ædificanti præponitur, qvem profanæ hiſtoriæ, uti antea numero. 78. eſt viſum, Smerdin, Oropaſtam vel Tanyoxarxen ap-

peq

...ellant. Cui non obſtat, qvod idem Artaſaſta,
...arii anteceſſor, Eſræ 4. verſu 17 & 21. poſtu-
...tu Bislaimi & Mithridatis, templi ædificatio-
...em prohibuiſſe indicetur. Nam diverſis tem-
...oribus, eandem & conceſſiſſe & prohibuiſſe
...otuit: conceſſiſſe aliqvo primorum regni ſui
...enſium, qvippe juxta *Herodotum* libro tertio,
...nne genus liberalitatis in ſubditos exhibens:
...inceps autem urgente Bislaimo & Mithridate
...ohibuiſſe rurſus. Sæpe enim talia, in princi-
...m contingunt aulis. Atq; prævalente deinceps
...vri, nec non Darii ſententiâ, ut templum ædi-
...aretur, ſimul qvoq; hujus Artaſaſtæ ſive Smer-
... prior ſententia, couceſſioq; prævalere potuit,
...tam Cyri & Darii, qvam Artaſaſtæ hujus, pri-
... ex ſententia, ædificatio ſucceſſerit tandem.

...96. Conſtat ergo, falſum eſſe, qvod in Mino-
... argumenti dicebatur, Darium ſub qvo tem-
...m ædificatum eſt, immediatum & ſucceſſo-
...n & deceſſorem habuiſſe Artaſaſtam vel Arta-
...xem. Illud autem ex eadem minore, in ve-
... duntaxat relinqvitur, qvod Darius ſub qvo
...plum eſt ædificatum, juxta Eſram, & ante ſe
...uerit Artaxerxen qvendam Perſiæ regem, &
...iliter poſt ſeſe, Artaxerxem qvendam Perſiæ
...em, etſi non propterea immediatum. Ex eo
...em minime illud ſeqvitur, qvod diſſentientes
...unt, Darium illum fuiſſe Darium Nothum.
...m Darius Hyſtaſpes, habuit qvoq; tam ante ſe,

qvam poſt ſe Artaxerxen. Ante qvidem ſemet
uti ex hactenus dictis conſtat, Artaxerxen Sme
din, poſt ſe autem Artaxerxen Longimanum, q
tertius ab ipſo erat, nempe ex filio Xerxe nepo
Neq; eſt qvod diſſentientes heic objiciant, hiſtor
profanam in Perſicorum regum recenſu, Darii H
ſtaſpis anteceſſorem immediatum, plerumq; no
nominare Artaſaſtam vel Artaxerxem, ſed Sme
din, aut Oropaſtam. Nam hic non agitur, o
Perſicorum regum extra ſcripturam, ſed in ſcri
tura, & particulatim in libro Eſræ poſitis nom
nibus. Et nomina his vel illis regibus in ſac
attributa codice, non ſtatim eadem ſunt extra ſ
cras literas, profanisq; in ſcriptis adſcripta ipſi
veluti in memorato apud Danielem rege Babyl
niæ Balthaſaro, ſuccedenteq; ei Dario Medo, n
non in memorato apud Eſram Cyri ſucceſſo
Aſſvero, aliisq; ſimilibus clarum eſt & manif
ſtum. Itaq; ſecundum qvoq; diſſentientium a
gumentum, qvod earundem in hac cauſa pot
ſimum atq; palmarium exiſtit, itidem concid
nulliusq; repertum eſt eſſe momenti.

97. *Tertium* argumentum eſt. Darium Cod
mannum vel ultimum, cum qvo Alexander Ma
nus conflixit, eôq; devictô, Perſicum exſtin
imperium, in Nehemiæ libro proponi, ut p
ximum Darium poſt illum, ſub qvo templum
cundum eſt ædificatum. Itaq; Darium, ſub q
templum eſt ædificatum, eſſe Darium Nothu

qva

andoqvidem proximus ante CodomannumDa-
uum, non alius fuit qvam Nothus. Sed funda-
entum,cui hoc argumentum innititur, nempe
arium Codomannum in Nehemia proponi, ut
oximum poſt illum Darium,ſub qvo templum
dificabatur, frivolum omnino eſt & falſum.
am ſi Darius Codomannus, in libro Nehemiæ,
proponeretur, Nehemias ſub eodem Codo-
anno ſcripſiſſet. Id autem verum eſſe non po-
ſt. Nam ſi Nehemias ſub eodem Codomanno
ipſiſſet, illinc hoc conſeqveretur, ipſum non
nonicum, ſed apocryphum fuiſſe ſcriptorem,
videm diu ante Darii ultimi & Alexandri Mag-
tempus, immediatæ inſpirationis divinæ, vel
pheticum ceſſaverit donum, ſicuti aliqvanto
us nunc oſtendetur.

208. Poſt mortem Haggæi Zachariæ, & Mala-
æ, propheticum, ſive immediatæ divinæ inſpi-
onis donum, ceſſavit. Ante autem Darium
mum & Alexandrum Magnum, Haggæus,
harias & Malachias erant mortui. Ergo Darii
mi & Alexandri Magni tempore, propheti-
ceſſaverat donum. Qvod poſt mortem au-
Zachariæ, Haggæi & Malachiæ nulli fuerint
ophetæ, hæc ſeqventia oſtendunt teſtimonia.
mud Babylonicum in Sanhedrin, referente Ligt-
in Horis, ad Matth. 3, verſu 17. Poſt mor-
prophetarum ultimorum, Haggæi,Zachariæ

 & Ma-

& Malachiæ, ſpiritum ſanctum ab Iſraele ait r
ceſſiſſe. Conſimile dictum ex Thalmudis Soo
Raimundus Martini in Pugione fidei parte 3. d
ſtinctionis 3. capite 21. allegat. *Gloſſator* qvo
ad librum Thalmudis Megila, prout a Buxtorf
in Tiberiadis ultima editione, partis 1. pagina 9
refertur, ait Zachariam, Haggæum, & Ma
chiam cognoviſſe, ſpiritum propheticum po
ipſos ab Iſraele eſſe deſiturum. Sic & *Se*
Olam minus, ad 52. annum Medorum ait, eo te
pore, qvo mortui ſunt Haggæus, Zacharias
Malachias, prophetiam ceſſaſſe. Et R. *Da*
Gantzius, Chronologiæ libro primo, ad annu
mundi 3442, ait tempus qvô mortui ſunt H
gæus, Zacharias & Malachias, vocari tem
obſignationis prophetiæ: *ſiqvidem iſto*, inq
tempore deſiit prophetia in Iſraele. Tum & Hie
nymus in Eſaiæ caput 49. eodem reſpiciens, eco
ſiam ſic facit loqventem, *Poſt Haggæum, Za*
riam & Malachiam, nullos alios prophetas, usq; ad
hannem baptiſtam videram. Sic ibi Hiero
mus.

99. Particulatim qvoq; *Malachias* omni
prophetarum erat ultimus. Itaq; *Hieronymu*
prologo galeato, Malachiam in fine omni
prophetarum ait eſſe locutum. Et *Hotting*
Theſauri Philologici pagina 489. ex libro
zakon, Malachiam a Judæis, ait dictum eſſe
gillum prophetarum, qvia poſt eum ordo
TT

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſtamenti prophetarum eſt abruptus, & ſcri-
o θεοπνευστος defecit.

100. Qvod vero Haggæus, Zacharias &
alachias, usq; ad Darii ultimi vel Alexan-
i Magni, non pervenerint tempora, cer-
m qvoq; eſt. Nam a Chriſti usq; tempore,
meratis retro qvadringentis & amplius annis,
lli in Iſraele fuerunt prophetæ. Itaq; ex anti-
tate *Toſtatus*, Defenſorii capite 43, ait, Eſdram
ggæum Zachariam & Malachiam, fuiſſe imme-
te poſt captivitatem Babylonicam, reſiduo au-
n tempore, usq; ad Chriſti adventum, qvod
t plusqvam qvadringentis annis, Judæos non
uiſſe prophetas. Sic ille. Numeratis autem
ro a Chriſti nativitate, qvadringentis & plu-
us annis, pervenitur ad Darii Nothi & adhuc
ggis retro tempora, qvæ plusqvam octoginta
is Darium ultimum præceſſere. Qvod etiam
Haggæum & Zachariam particulatim attinet,
usq; ad Darii ultimi non perveniſſe tempora,
probatur. Anno ſecundo Darii eos prophe-
e ex Zach. 1. & Haggæi 1. nec non Eſræ 4. v.
mo, & capit. 5. verſu primo conſtat: isq; Da-
, veluti antea probatum eſt, communisq;
rpretum veterum, tam Græcorum qvam Lati-
um confirmat conſenſus, Darius fuit Hyſta-
. A ſecundo autem anno Darii Hyſtaſpis, qvi
x dictis antea numero 68. colligi poteſt,
ex majore parte periodi Julianæ annus 4194,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

usq; ad primum annum Darii ultimi ſive Codo-
manni, qvi juxta Ptolemæi Canonem erat Nabo-
naſſari annus 413. hoc eſt, majori ex parte peri-
odi Julianæ annus 4379. intervallum erat non
minus qvam 184 annorum. Qvare ſi Zacharias
& Haggæus, tempore ultimi Darii ſuperſtites ad-
huc extitiſſent, circiter ducentos annos nati tum
fuiſſent. Id qvod non niſi prodigioſe factum eſ-
ſet, & ut ſtatuatur, reqviruntur illuc ſuppo-
ſita ſine neceſſitate miracula & prodigia. qvæ in
hoc hiſtorico negotio non admittenda eſſe, ante
numero 78. 79. eſt monſtratum. Neutiqvam
ergo Zacharias & Haggæus usq; ad Darii ultimi
aut Alexandri Magni vixerunt tempora, ſed jam
diu antea ſunt defuncti: ſicut & *Judæi veteres*, in
Seder Olam minore, ad annum 52. Medorum
referunt.

101. Ad Malachiam etiam particulatim, qvod
ſpectat, ipſum ad Darii ultimi non vixiſſe tem-
pus, inde probatur, qvod non modo *Hieronymus*
præfatione in Evangeliſtas, Judæorumq; præ-
ctum *Seder Olam minus*, referant, ipſum una
cum Zacharia & Haggæo vixiſſe, ſed & *Chroni-*
con Alexandrinum ad olympiadem 61. pagina 33
atq; *Euſebius* Chronici libro 2. ad olympiadis 6
annum ſecundum, nec non citatus ab eo *Clem*
Alexandrinus ibidem narrent, hunc Malachia
tempore Darii Hyſtaſpis, una cum eodem Ha
gæo & Zacharia prophetaſſe. Nam ſi una cum

Hag-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Haggæo & Zacharia, ſub Dario Hyſtaſpe prophe-
vit, nihilo magis usq; ad Darii ultimi vixit
mpora, qvam Haggæus & Zacharias, qvos id
non feciſſe, antea eſt monſtratum: maxime cum
juventute mortuus ſit Malachias, ſicut ex an-
tiqvitate, *Epiphanius* de vita prophetarum, *Doro-*
theus in Synopſi, *Auctor Chronici Alexandrini* &
referunt.

102. Porro, propheticum ſive immediatæ di-
næ inſpirationis donum, usq; ad Darii ultimi
mpus, inter Judæos non fuiſſe, inde qvoq; colligi
teſt, qvod ultra Artaxerxis Longimani tempo-
, & Darii Nothi initia, donum illud inter ip-
non fuerit. Itaq; *Euſebius* in Chronico, ad Ar-
erxis Longimani annnum trigeſimum ſecun-
m, divinorum librorum & hiſtoriæ annales
m ejusdem Artaxerxis claudit hiſtoria. Atq;
ephus libro 1. adverſus Appionem. *A morte,*
vit, *Moſis, usq; ad Artaxerxen Perſarum regem,*
fuit poſt Zerxen, prophetæ ſuorum temporum res
as conſcripſerunt. --- *Ab Artaxerxe vero ad no-*
m usq; tempus, ſingula qvidem conſcripta ſunt,
tamen priori ſimili fide ſunt habita, eo qvod
fuerit certa prophetarum ſucceſſio. Sic ille, Si
em prohetarum certa ſucceſſio, vel certum
num propheticum, ultra Artaxerxis Longi-
ni tempus, non fuit, utiq; nec ad Darii usq;
mi, fuit duravitq; tempus, qvandoqvidem ab

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Artaxerxis Longimani anno ultimo, usq; ad Da-
rii Codomanni initia, plusqvam octoginta an-
norum exſtitit intervallum. Conſtat ergo pro-
phetas in Iſraele, usq; ad Darii Codoman-
tempora non duraſſe: de qvo plura apud Com-
mentatores in 1. Macc. 4. v. 46. cap 5. v. 46. &
capite 9. verſu 27. ſubinde legere licet. Adeoq;
verum manet, qvod antea dictum eſt, ſi Nehe-
mias ſub Dario Codomanno ſcripſiſſet, ipſum
non canonicum ſed apocryphum duntaxat ex-
ſtitiſſe ſcriptorem. Falſum autem cum ſit, ipſum
non canonicum ſed apocryphum eſſe ſcriptorem,
veluti inter Theologos extra controverſiam eſt;
falſum etiam eſt antecedens, unde ipſum con-
qveretur, nempe ipſum ſub Dario ultimo, ſive
Codomanno ſcripſiſſe. Adeoq; argumenti a diſ-
ſentientibus dati fundamentum, qvod hoc præci-
pue exiſtit, manifeſto frivolum eſt & nullum.

103. Sed expendenda qvoq; ſunt ea, qvibus
diſſentientes ſuum illud fundamentum, & cæte-
ram ſuam, in hoc argumento ſtudent adorna-
cauſam. Illa autem tria Nehemiæ dicta exiſtu-
qvorum duo illuc referunt, qvod ſub Dario Co-
domanno, ut putant, ſcripſerit Nehemias: ter-
tium autem illuc, qvod non modo ſub Dario
Codomanno ſcripſerit, ſed & Darium eundem
Codomannum, uti proximum Darium, poſt
lum qvi ædificari curavit templum, repræſent-

rit commemoraritq;. Priora prius, reliqvum de-
inceps conſiderabimus. Ad eadem autem prima,
ſive ut putant, oſtendentia, ſub Dario Codo-
manno ſcripſiſſe Nehemiam, initio revocant,
qvod exſtat Nehemiæ 13. verſu 28. Eliaſibi ſum-
mi ſacerdotis nepotem, Jojadæ filium, cum San-
balleto Horonita affinitatem contraxiſſe, ideoq;
Nehemiam expuliſſe eundem a ſe ipſo. Idq; ut
in rem ſuam vertant, dicunt, eundem Jojadæ
filium, Sanballatiq; affinem, fuiſſe, memora-
tum a *Joſepho* in libro XI. Antiqvitatum capite
7 & 8. Jaddi ſacerdotis ſummi fratrem Manaſ-
ſen, Johannis ſummi ſacerdotis filium: tum &
Sanballatum illum, fuiſſe eum, qvem Joſephus e-
odem loco ait, exſtitiſſe prædicti Manasſis ſoce-
rum, & a Dario ultimo conſtitutum Samariæ ſa-
trapam, qviq; cum Alexander Magnus Darium
eundem bello adoriebatur, ab illo defecit, cum
octoq; militum millibus, in Alexandri ſe contu-
lit caſtra. Indeq; concludunt, Nehemiam ſub
eodem Dario ultimo, omnino vixiſſe & ſcri-
pſiſſe.

104. Sed illud cui hic diſſentientes inſiſtunt,
falſum eſt. Affinis enim Sanballeti apud Nehe-
miam, nullius eſt Jaddi ſummi ſacerdotis fra-
ter, ſed ſummi ſacerdotis Eliaſibi nepos, Jojadæ
filius. Et cum Eliaſibi ſacerdotis ſummi fuerit
nepos Jojadæq; filius, pontificis Jaddi, qvem me-
morat Joſephus, frater eſſe non potuit; ſiqvidem

Z 5 Jad

Jaddus ille apud Joſephum, Eliaſibi ſummi ſacerdotis non nepos eſt, ſed pronepos, natus patre non Jojada, ſed Johanne. Neq; etiam, qvia Sanballetes qvidam Horonita apud Nehemiam, affinis cujusdam eſt, de ſacerdotali familia: ideo ſtatim ille idem eſt, atq; a Joſepho memoratus Sanballetes, ſacerdotali familiæ itidem affinis. Non enim omnia ſimilia idem ſunt, & in diverſis qvoq; perſonis, eadem ſæpe reperiri nomina. nec non qvandam in rebus geſtis ſimilitudinem, innumeræ tam ſacræ qvam profanæ docent hiſtoriæ. Tum & veriſimile non eſt, Sanballeten Nehemiæ, & prædictum Joſephi Sanballeten eſſe unum eundemq;. Nam Nehemiæ Sanballetes Artaxerxis Longimani vixit tempore; Nehemiæ enim Artaxerxen fuiſſe Longimannum, antea numero 48. & 49. eſt monſtratum. Idemq; Nehemiæ Sanballetes, ceu ex Nehemiæ capite 2. 4. & ſexto liqvet, ejusdem Artaxerxis Longimani anno vigeſimo & deinceps, tantæ erat potentiæ, ut Nehemiæ, qvi Perſici regis erat ſatrapes, cæterisq; Judæis, metum incutere poſſet. Veri autem non habet ſpeciem, eundem Sanballetum Darii ultimi tempore, hoc eſt centum circiter, ab Artaxerxis Longimani anno vigeſimo transactis annis, adhuc Samariæ fuiſſe ſatrapam, bellicisq; rebus gerendis aptum: nam tunc non minus qvam centum & triginta, qvadraginta aut qvinqvaginta annorum exiſtens, adhuc Samariæ

mariæ fuiſſet præfectus, bellicisq; negotiis aptus. d qvod admodum abſonum eſt, & abſurdum. Qvare omnino diverſi hi fuerunt Sanballetæ, ſicut & *Jacobus Capellus* in Hiſtoria ſacra & exotica, ad annum mundi 3666 aliiq; cenſuerunt: & ſi Joſephus, eumq; ſecuti *Beda* in Nehemiam, aliiq; eccleſiaſtici ſcriptores, per chronologiæ ignorantiam, unum & eundem eſſe crediderunt, ſuum ſibi illum habeant errorem.

105. *Alterum* Nehemiæ dictum, qvod pro eodem Nehemia, Darii ultimi temporibꝰ ſcribente, diſſentientes allegant, eſt hocce capite 12 verſu 10 & 11. Et *Jeſchua genuit Joachimum, Joachimus genuit Eliaſibum. Eliaſibus genuit Jojadam. Et Jojada genuit Jonathanem & Jonathan genuit Jadduam.* Ea qvæ Nehemiæ verba, diſſentientes, & cum illis prædictus *Beda* in Nehemiam, multiq; alii eccleſiaſtici ſcriptores, dicunt qvidem eſſe recenſum omnium ſummorum ſacerdotum, qvi fuerunt, inde a tempore ſolutæ captivitatis Babylonicæ, usq; ad Alexandrum Magnum, adeoq; ſimul ad Darium ultimum Perſiæ regem. Sed ſine juſta ratione id dicunt, & opinio illa orta eſt ex mera conjectura, id putantium non ſcientium. In ipſo enim Nehemia, unde illud colligas, nihil exiſtit. Et Jeſchvam cæterosq;, qvos ibi memorat, ſummos ſacerdotes fuiſſe nusqvam dicit. Immo & Levitas fuiſſe potius dicit. Nam poſtqvam ver-

ſu

ſu 8. & 9. Levitarum primores, qvi erant in diebus Jeſchuæ ſummi ſacerdotis, recenſuerat, eorumq; Levitarum primum, eo in recenſu numeraverat Jeſchuam, poſteros ejusdem Jeſchuæ, non ſummi ſacerdotis ſed principis Levitæ, deinceps enumeraturus, iſta antea allegata & objecta ponit verba; Et Jeſchua (nempe Levitarum princeps Jeſchua) genuit Joachimum, & qvæ ſeqvuntur. Neq; aliter Nehemias eo capite, ſummos horum temporum commemorat pontifices, qvam docendo, qvinam principes Levitæ & principes ſacerdotum, ſub cujusq; ſummi pontificis fuerint pontificatu, & ut in certas ſic referantur claſſes. Sic *prima* clasſis verſu ſeptimo, eorum eſſe dicitur, qvi fuerunt in diebus Jeſchuæ, nempe ſummi pontificis. Et *ſecunda* claſſis verſu 12. dicitur eſſe eorum, qvi fuerunt in diebus Joachimi ſummi pontificis. Atq; *tertia* claſſis verſu 22. eorum vocatur, qvi fuerunt in diebus Eliaſibi, ſcilicet ſummi ſacerdotis. Nec non *qvarta* clasſis verſu 23. eorum vocatur, qvi fuerunt in diebus Jochananis, id eſt Johannis, qvi fuit filius Eliaſibi. Et ultra qvartam in hac materia claſſem, ſacer illic non progreditur ſcriptor.

106. Præterea objectam hanc verſus undecimi lineam genealogicam, de Jeſchua gignente Joachimum & ſeqventibus, ſummorum ſacerdo-

dotum genealogicam non eſſe lineam, inde manifeſtum eſt, qvod cum illis, qvæ Nehemias ad ſummorum pontificum genealogiam, certo & manifeſto pertinentia ponit, non concordet. Nam verſu 23. Eliaſibi ſummi ſacerdotis ſucceſſorem, ſummum ſacerdotem, Jochanan, ſive Johannem exſtitiſſe clare oſtendit, cùm illum Johannem, tum Eliaſibi filium, tum etiam proximum ſucceſſorem fuiſſe, eô docet, qvod claſſem ſub hoc Johanne ſummo pontifice exiſtentem, claſſi ſub Eliaſibo exiſtenti ſubjiciat immediate. Neq; huic obſtat, qvod Nehem. 13. verſu 28. qvodam ex liberis Jojadæ, commemoratô, eundem Jojadam filium ſummi ſacerdotis Eliaſibi fuiſſe dicat. Inde enim non ſeqvitur, qvod nonnulli opinantur, hunc Jojadam fuiſſe ſummum ſacerdotem, adeoq; non Eliaſibi filium Johannem, ſed Jojadam fuiſſe ejus in ſummo pontificatu ſucceſſorem. Minime inqvam id ſeqvitur: ſiqvidem non omnis ſummi ſacerdotis filius, in pontificatu erat ſucceſſor, ſed tantum is qvem ordo tangebat, aut vitia a ſucceſſione non excludebant, Liqvet ergo, genealogicam illam verſus 10. & 11, lineam, neutiqvam cum illis concordare, qvæ alibi Nehemias, ad ſummorum pontificum ſeriem lineamq; manifeſto pertinentia ponit. Immo ne qvidem concordat cum genealogica ſum-

ſummorum ſacerdotum ſerie, aut apud *Joſephum* libro XI. Antiqvitatum capite 7, aut apud *Euſebium* in Excerptis, qvæ allegat *Hieronymus* in Danielis nonum: ſicut ſeqvens diagramma genealogiarum apud illos relatarum, oſtendit:

Nehemiæ.	Joſephi.	Euſebii.
Eliaſibus	Eliaſibus	Eliaſibus
Jojada	Judas	Jojada
Jonathan	Johannes	Johannes
Jaddua	Jaddus	Jaddus

In cujus diagrammatis duabus intermediis lineis ſumma diſcrepantia eſt. Nam apud Nehemiam, proximus ab Eliaſibo, eſt Jojada, apud Joſephum Judas: & tertius ab Eliaſibo apud Nehemiam eſt Jonathan, apud Joſephum autem & Euſebium Johannes duntaxat. Certum ergo eſt, illam Nehemiæ 12. v. 10. & 11, lineam genealogicam, non eſſe ſummorum ſacerdotum, ſed principum modo inter Levitas.

107. Neq; huic obſtat, qvod multa in eadem apud Nehemiam genealogia, concordent cum iis, qvæ Joſephus & alii Judæi, nec non ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ex Chriſtianis *Euſebius*, aliiq; Chriſtiani referunt, de ſummorum illis temporibus pontificum ſerie. Nam in diverſiſſimarum qvoq; perſonarum genealogiis, talia ſæpe occurrunt, & qvibusvis ſæculis exiſtunt. Atq; *Jungemannus* Danielis reſerati libro primo ſectionis 2. capite 18. 19. 20. & 21. ipſis qvoq; in ſcripturis, talia reperiri pagina 491. 523. 524. 525. & 526. contendit: ubi & pagina 525. in diverſis genealogiis, plures ex ordine, etiam ad ſeptem usq; & amplius, ſimilium plane nominum generationes haberi comprehendiq; poſſe refert.

108. Nihilomagis obſtat, Joſephum & alios Judæos, cum illisq; Chriſtianos veteres, Judæorum placitis, hîc inſiſtentes, allegatæ ex Nehemia genealogiæ homines, habere pro ſecundi templi ſummis ſacerdotibus, & maxime ultimum Jadduam, pro eo ſummo ducere pontifice, qvi Alexandri Magni, adeoq; & ultimi Darii exſtiterit tempore. Nam qvod ad Joſephum cæterosq; attinet Judæos, enarratio ſummorum templi ſecundi pontificum, qvæ ab iis proponitur, nulla certa regula eſſe poteſt. In templi enim ſecundi chronologia, ſine qva hæc res exacte dijudicari neqvit, immenſum eſt qvantum errent: qvippe totius Perſici imperii tempus, vix centum aut paulo amplius annorum fuiſſe contenden-

tes;

tes: veluti eorum ſcripta paſſim, & ex iis qvoq; *Joh. Morinus* libro 2. Exercitationum Biblicarum, Exercitationis qvintæ, capite 1. oſtendit. In eodemq; eorum errore, ipſe qvoq; *Joſephus* hæſit, ſic ut Antiqvitatum libro XI, capite 7. & 8. Darium qvoq; ultimum, Artaxerxis Longimani immediatum fecerit ſucceſſorem, ac ſi Darii Nothi, Artaxerxis Mnemonis & aliorum, usq; ad Darium ultimum regna, ne exſtitiſſent qvidem. Qvæ autem ſpes eſſe poteſt, Judæos in ſuis catalogis horum temporum omnes ſciviſſe pontifices? cum ne ipſa qvidem tempora qvibus fuerunt, exſtitiſſe ſciverint?

109. Tam ingens qvoq; Judæorum inter ſemet ipſos, de numero ſummorum pontificum in templo ſecundo eſt diſſenſus, ut ex eo qvoq; eorum, de pontificum ſerie narrationi, conſtet certam adhiberi non poſſe fidem. Qvidam enim eorum, templi ſecundi ſummos ſacerdotes, duodecim modo & qvinqvaginta fuiſſe, dicunt: veluti *Joſippus*, prout citatur a Gedalia in Catena apud Morinum Exercitatione Biblica qvinta capite 4. libro ſecundo. Alii aliqvanto plus qvam octoginta fuiſſe tradunt. De qvo *Thalmud Hieroſolymitanum*, in Gemara libri Joma capite 1. allegante Joſepho Voiſino, in Proœmio Raimundi Martini Pugionis fidei, pagina 20. *In templo*, in

qvit

vit, *ſecundo, miniſterium obierunt octoginta ſum-
mi ſacerdotes, ſecundum aliqvos 81. ſecundum ali-
os octoginta duo, qvidam numerant octoginta tres;
lii octoginta qvatuor, nonnulli octoginta qvinq;.*
ta ibi Thalmud. Deniq; etiam fuerunt, qvi
irciter trecentos, templi ſecundi ſacerdotes
ummos fuiſſe dixerunt. Veluti *R. Gedalia* in Ca-
ena, prout memorato proxime loco citatur a
ohanne Morino. Et ibidem citatus *Azarias*
n Imre bina capite 20, ex antiqvo libro Siphre,
otidem fuiſſe dicens, eosdem in eodem libro
iphre enumerari qvoqve teſtatur. Ad ultimum
Gemara Babylonica in Joma, prout a Joſepho
Voiſino, nominata ſede allegatur, plusqvam
recentos in templo ſecundo narrans miniſtraſſe
ummos ſacerdotes, qvod tam multi fuerint, ad
orum vitæ refert brevitatem, ex eorum impie-
ate ortam,

110. Ad *Joſephum* qvoq; particulatim qvod
ectat, innumeri qvoq; alii ejus exiſtunt erro-
es, usq; adeo, ut juſti qvoq; voluminis ſcri-
endi materiam dare poſſent: ex ipſisq; Judæis *A-
arbenel*, prout a Gvil. Vorſtio in Notis ad Chro-
ologiam Gantzii pagina 287. citatur, fatetur,
ſum plurima ſcripſiſſe cum veritatis imminu-
ione, illiusq;, qvod ſacræ literæ teſtantur per-
erſione. De ejus qvoq; circa ſummos pon-

tifices erratis, *Petavius* in Doctrina temporum,
libri 10. capite 48, eſſe ei cum Scriptura
in eorum appellationibus, interdum haud medio
crem, in tempore autem ingentem diſcordiam
Deniq; ad *Chriſtianos veteres* aut *recentiores*, quod
attinet, in recenſu ſummorum pontificum Ju-
dæorum placitis inſiſtentes, eorum teſtimoni
um, nihilo efficacius eſt qvam Judæorum, qvi
bus nituntur. Nemo enim plus meretur fidei
qvam auctor ſuus, & collapſa ruunt ſubducti
tecta columnis.

111. Reſtat *reliqvum* eorum, qvæ hic diſſen
tientes pro ſemet ex Nehemia allegant, & qvo
Nehemiam, non modo ſub Dario ultimo ſcrip
ſiſſe, ſed & eundem Darium, ut Dario templ
ædificatore proxime poſteriorem, propoſuiſſe vo
lunt probare. Illud autem eſt Nehemiæ 12
verſus vigeſimus ſecundus, ita Latine verti ſoli
tus. *In diebus Eliaſibi, Jojadæ, Jochanan & Jad*
duæ, Levitæ ſcripti ſunt primores patrum, & ſacer
dotes (ſcilicet ſcripti ſunt primores patrum) *uſq*
ad regnum Darii Perſæ. Ubi Darium Perſam
diſſentientes dicunt eſſe Darium ultimum: &
Jadduam qvi memoratur, ſummum illum eſſe
ſacerdotem, qvi ejusdem Darii ultimi, nec no
Alexandri Magni tempore, pontificatum geſſit
atq; Jojadam & Jochanan in iis memorat

verbis, eſſe Jaddi ejusdem anteceſſores pontifices ſummos.

112. Verum, ut primo illud, qvod de ſummis dicitur ſacerdotibus conſideremus, Jojadam, Jochanan & Jadduam, qvi in allegatis memomemorantur verbis, ſummos eſſe pontifices, mera duntaxat opinio exiſtit. Textus enim Hebræus id non dicit, ſed ejus duntaxat interpretationes. Atq; Hebræum juxta fontem, verba illuc pertinentia, rectius & ſimplicius ſic vertuntur transferunturq;. *Et in Eliaſibi* (nempe ſummi ſacerdotis) *diebus, Levitæ, Jojada, Jochanan & Jaddua deſcripti ſunt primores patrum.* Qva ratione interpretatus eſt *Caſtalio*, nec non Biblia *Svetica*, & utraq; *Chriſtiani Qvarti Danica.* Atq; ſic verba exponi, necesſitas poſtulat, qvoq;. Nam niſi ſic intelligantur, qvinam Levitæ in diebus Eliaſibi ſacerdotis ſummi, ſcripti fuerint primores patrum, non doceretur, cum id tamen, veluti contextus, & antecedentium ſeries oſtendit, docere, ſacer ſcriptor intendat. Cum itaq; verborum, is ſit omnino ſenſus, ſummus ſacerdos Jadduas in illis adeſt nullus: & Jojada, Jochanan atq; Jaddua, qvi commemorantur in illis, Levitæ ſunt duntaxat, & non ſacerdotes, nedum ſummi ſacerdotes. Ideo etiam *Johannes Temporarius*, Chronologicarum de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

monſtrationum libro 3. pagina 232. de citatis agens verbis, eorumq; præcedentibus, *Nehemiaas*, inqvit, *capite 12. recenſet, qvi fuerint Levitæ temporibus Joachimi & Eliaſibi Et inter eos Levitas, adſcriptos fuiſſe narrat, Jojadam Joannem & Jadduam.* Sic ille. Nusqvam ergo in illis, ullus revera ſummus ſacerdos Jadduas, nedum Alexandro Magno aut Dario ultimo, contemporaneus ſummus ſacerdos Jadduas.

113. Deinde qvod de ſacerdotibus, in allegatis verbis ponitur. *Et ſacerdotes ſcripti ſunt usq; ad regnum Darii Perſæ:* itidem verſionis & interpretationis, non autem ipſiusmet textus ſacri eſt dictum. Verba enim fontis Hebræi ſunt על מלכית דריוש פרס : qvæ juxta uſitatiorem verborum ſignificationem, non ſonant usq; ad regnum Darii Perſæ. Particula enim על in tali verborum ſitu poſituqve, rarius usq;, vel usq; ad, freqventius autem alia deſignat: & inter illa alia, qvæ ſic freqventius deſignat, eſt etiam IN, cujus exempla Noldius in Concordantiis multa annotavit, & paſſim qvoq; obvia ſunt. Atq; ſic Græci qvoq; interpretes, qvi Septuaginta appellantur, eam hoc loco intellexere, ideo reddentes, ἐν βασιλείᾳ: nec non Vulgatus interpres ponens, in *regno Darii* Perſæ. Eodemq; ſenſu Caſtalio, & Sebaſt. Schmi-

diu

dius *ſub regno.* Atq; ſi elliptice omitti ſolitam freqventisſime, particulam ſimilitudinis כ ſive SICUT, cujus generis exempla Noldius in Concordantiis annotavit plurima: ſi illam inqvam particulam SICUT, hic qvoq; ſubaudiamus, totius enunciati hic aptisſimus evadit ſenſus: *ſacerdotes* vero (nempe in diebus Eliaſibi) *ſcripti ſunt primores patrum, ſicut in regno Darii Perſæ,* ſunt deſcripti: ut id dicere velit auctor ſacer, eorum ſe ideo omittere deſcriptionem, qvod ſimiliter facta ſit, atq; in regno Darii Perſæ. Atq; ſic Darius qvi hic commemoratur, adeo non eſt Darius Codomannus ſive ultimus, ut potius ſit ipſe Darius Hyſtaſpis.

114. Datô autem non conceſſô, allegata Nehemiæ verba, vertenda eſſe, usq; ad regnum Darii Perſæ: nihilo magis efficeretur, Darium hunc ultimum eſſe ſive Codomannum: cum potius eſſet Darius Nothus, ad cujus usq; tempora vivere qvoq; potuit Nehemias: qvandoqvidem ab Artaxerxis Longimani anno trigeſimo ſecundo, qvô annô capitis 13. verſu 6. Hieroſolymam ſe denuo veniſſe docet, usq; ad Darii Nothi annum primum, non niſi decem aut undecim circiter interſunt anni. Ideoq; etiam interpretationem verborum per USQVE AD retinentes *Uſſerius* in Annalibus, & *Calovius* in Bib-

liis illuſtratis, Darium tamen hunc non Codomannum, ſed Nothum eſſe ponunt. Omnibus itaq; modis evaneſcit, qvi fingitur aut putatur, eſſe a Nehemia memoratus Darius ultimus, ſive Codomannus, nullumq; ejus vel minimum in Nehemiæ libro extat veſtigium. Qvæ cum ita ſint, argumentum a diſſentientibus datum, nullius liqvet eſſe momenti. Nam ſi a Nehemia nusqvam & nullo modo, Darius ultimus ſive Codomannus proponitur, neq; etiam ut proximus a Dario templum ædificante, proponitur ab eodem. Atq; hæc hactenus.

115. *Qvartum* & ultimum diſſentientium hocce eſt argumentum, *Joſephum Scaligerum* in Animadverſionibus ad Euſebii Chronicon pagina 97 tam confidenter aſſeruiſſe, Darium templi ædificatorem fuiſſe Darium Nothum, ut dixerit qvoq;, niſi ita ſit, *perituram omnem veteris hiſtoriæ memoriam*. Verum non ideo ſic eſt, qvia Scaliger ſic dixit. Ex rationibus enim diſputare oportet, non ex hujus vel illius maxime recentioris opinione. Eundemq; Scaligerum alias qvoq; in Chronologia, perſæpe qvam craſſiſſime erraſſe, in doctrina temporum *Petavius* paſſim oſtendit. Qvod etiam hoc loco, de memoriæ ſive hiſtoriæ peritura veritate, niſi ipſius opinio vera ſit, ait, adeo rei veritati non conſentit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

ſentit, ut eidem potius prorſus adverſetur, & contrarium potius verum ſit, nempe perituram omnis hiſtoriæ, ſaltem huc pertinentis memoriam veritatemq; , niſi falſum ſit qvod jactavit Scaliger,& niſi Darius templum ſecundum exſtrui curans, revera Darius ſit Hyſtaſpes. Sane Scaliger, hujus ſuæ ſententiæ præcipitantiâ, nimiaq; confidentiâ, huc ſpectantem templi ſecundi chronologiam biblicam, qvantum in ipſomet fuit, corruptisſimam fecit, ſic ut in ea, prout ab ipſo & ejus ſeqvacibus proponitur, ſani nihil fere exiſtat. Ideoq; *Rob. Baillius* operis chronologici libro 1. pagina 157. ipſum affirmando, Darium, ſub qvo templum eſt ædificatum, fuiſſe Darium Nothum, immanem temporum confuſionem, in ſui ſeqvacibus excitaſſe. Et *Abrah. Calovius* in Bibliis illuſtratis, ad Eſræ 4. verſu 6. ipſum ſe & alios, hacce ſua ſententia, intolerabilem conjeciſſe in errorem, qvoq; tota propemodum pervertitur chronologia. Atq; qvam frivolis motus cauſis, hanc ſuam defenderit opinionem, docet monſtrata hactenus levitas argumentorum, qvibus ipſe & eum ſeqventes ſunt innixi. Ideoq; etiam *Rob. Baillius* dicti Operis Chronologici libro 1. pag. 157. & 159. ipſum magis auctoritate ſuâ, & imperioſis verbis, qvam rationibus, multos in ſuam pertraxiſſe ſententiam. Eyerſis ergo cunctis, qvibus ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

fulciunt diſſentientes, ſalvum, ratum & certum manet, qvod eſt antea probatum, nempe Darium illum, cujus tempore ſecundum ædificatum conſummatumq; eſt templum, Darium non Nothum fuiſſe ſed Hyſtaſpen. Id qvod erat oſtendendum.

Addenda.

116. QVod Auctarii prioris numero 6. dictum eſt, Sorobabelem in Judaicis ſuis, poſt captivitatem Babylonicam negotiis, non fuiſſe regem, ex eo qvoq; confirmatur, qvod *Joſephus* Antiqvitatum libro XI. capite 4. ait, Judæos ſoluta captivitate Babylonica, eam uſurpaſſe reipublicæ formam, qvæ per optimates adminiſtrabatur, penesq; pontifices ſummam fuiſſe auctoritatem, donec Aſſamoneorum gens, mutato rerum ſtatu, regnum obtinuit.

117 Inter reges illos, qvos Auctarii poſterioris numero 79. ante Artaxerxen Mnemonem, communeArtaxerxis diximus habuiſſe nomen, ponendus qvoq; eſt Darius Hyſtaſpis, qvi itidem Artaxerxes eſt appellatus, ſicuti *Abraham Levita*, in Cabala, qvæ in Chronico Genebrardi Latine repræſentatur, refert.

IN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

INDEX.

in

Utrumq; Auctarium

Numeri non ſunt paginarum, ſed paragraphorum.

A.

Accentuationis Hebraicæ ars diſtinctiva, eſt incerta, 14. 15. 16.

Anni 70. hebdomadum qvales, 51.

Arca, Chriſti humana natura, 5.

Artaſaſta Eſræ ſexto verſu 14. qvinam fuerit, 95.

Artaxerxes commune Perſiæ regnum nomen 78. 79. 117.

Artaxerxes Eſræ Darium præcedens qvinam, 78.

Artaxerxis Longimani tempore Hieroſolyma rurſus eſt ædificata, 48. 49.

— qvamdiu regnavit, 60.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

— qvando mortuus eſt. 64.
— vigeſimus ejus annus, qvis, 65. 78.
Aſſuerus Eſræ eſt Cambyſes, 77.

B.

Babylonicæ captivitatis 70 anni, diverſi ſunt a Hieroſolymæ deſolatæ annis 70. 80. 81. 85. 86.

C.

Confirmatio pacti Dan 9. qvid. 22.
Cteſiæ hiſtorica auctoritas defenditur, 61. 62. 63.

D.

Danielis populus & civitas ſancta qvid. 8.
Darius Nehemiæ 12. memoratus qvisnam. 13. 14.
Darius Hyſtaſpis qvamdiu regnavit, 68. 69.
— qvando regnare cœperit. 68.
— ſub eo templum ſecundum eſt ædificatum 76. & deinceps. 80. & deinceps.
Darius Nothus qvando inceperit regnare. 38.
Deſideria piorum exaudiuntur qvoq; 9.
Diſſenſus veterum de Perſicorum regum annis. 50.

E.

Eclipſis repetendorum ex antecedentibus, 25.

Euſebii Anni Abrahami, 67.
—— annorum olympiadicorum methodus, 67.
Excidium templi ſecundi, non eſt factum intra 70. hebdomadas. 31.
Excidium Hieroſolymæ per Chaldæos, quando eſt factum. 39. 83. 84.

H.

Hebdomades 70. præcipue agunt de Chriſto. 2.
—— ſunt annorum hebdomades, 12.
—— tres earum claſſes, 13. 34. 35.
—— qvousq; durant, 30. 74.
—— quando inceperunt, 36. & ſeqq. 42. & ſeqq. 46. & ſeqq.
—— nullæ inter eas hebdomades intercalares, 33.
Hieroſolymæ per Chaldæos vaſtatæ deſolatio, usq;, ad Artaxerxen Longimanum durabat, 43. 44.

I.

Joſephi errores, 110.
Judæorum in chronologia abſurditas, 108.

K.

כר״ת de pœna malefici, 21.

M.

Multi id eſt homines, 26.

N.

נבי״א prophetia, 3.

Na-

Nabonaſſarei anni, in Helvici Chronologia prave poſiti, 58
Nehemias non vixit tempore Darii ultimi, 77. 103. ſeqq 113 ſeqq
Nehemiæ loca de levitis & ſummis ſacerdotibus, 103. 105. 106. 108.

O.

Oleæ duæ Zachariæ 4. 6.
Olympiadicorum annorum in Euſebio methodus, 67.
Oropaſta idem qvod Artaſaſta, 95.

P.

Perſicorum regum nomina, alia in Scripturis, alia extra Scripturam, 96. — De eorum annis diſſenſus, 50.
Prophetæ nulli poſt mortem Haggæi, Zachariæ & Malachiæ, 98 99.
— nulli tempore Darii ultimi, 100 101. 102.
— nulli poſt Artaxerxis Longimani finem, 102.
Ptolemæi canon erroribus non caret, 63.

S.

Sacrificia Levitica poſt mortem Chriſti inefficacia, 27
Sacerdotes ſummi templi ſecundi, plures quam vulgo numerantur. 107 108.
— De illorum numero & ætate, Judæis non temere credendum, 108
— De iis Judæorum diſſenſus, 109.
Sanctum ſanctorum, id eſt Chriſti humana natura, 5.
Sanballetæ plures ejusdem nominis, 104. 105.
Joſ. Scaligeri præcipitantia & temeritas, 115.

Sora

Sorobabel non fuit rex, 6. 116

T.

Templum, id eſt Chriſti humanitas, 5.

V.

Veniens, id eſt Chriſtus, 24.

Vitæ humanæ poſt Moſen brevitas, 87. 88.

Unctio ſancti, ſanctorum 6.

Unctio olei ſancti non fuit in templo ſecundo, 6.

Usq; vel incluſivum vel excluſivum, 57.

Usq; de proximis, 76.

X.

Xerxes viginti tantum regnavit annis, 66.

—— iisq; non totis, 71.

Gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Graviora totius operis errata, Benevo-
lus Lector ſic emendare dignetur.

Pag. 9 lin. 3. hakkodes. Pag. 37. lin. 10, horum temporum. Pag. 44. lin. 6. per ſemet. Pag. 57. lin. 15. ſecundum alios. lin. 21. disſidio, qvod ultima ſæculi decimitertii parte cœptum. Pag. lin. 12. num. 93. 94. 95. &. Pag. 90. lin. 12. & qvadraginta aut amplius. Pag. 100. lin. 15. mines beſtiæ. Pag. 124. lin. 3. pro invexitq; qv in nonnulla exemplaria irrepſit, lege invexit. Pag. 127. lin. 13. magnam partem. Pag. 128. lin. magiſtrorum. Pag. 129. lin. 20. iniqvitas. Pag. 140. lin. penult. circa initium ſæculi decimi-septimi Pag. 145, lin. ult. fugantur. Pag. 147. l. 16. appellabatur. lin. 28. Bohemos. Pag. 151 lin. 22. baſiliſci. Pag. 187. Thibni. Pag. 203. lin 3. inops interdum eſſet conſilii. Pag. 204. lin. 26. in prædicta ſexta memorat epiſtola Pag. 222. lin. 3. non valere liqvet. Pag. 228. l. 21, ſine afflicti-one Pag. 239 lin. 13 pro diſputationis, lege diſ-ſertationis. Pag. 273, lin. 28. antea capite 2. Pag. 315. lin. 28. Stratocle. Pag. 332. lin. 20. itidem dicunt appellatum. Pagina 345. lin. 4. Siracides.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3509